6
27-B



M

6-27.B.1



1729

X 21 8

Digitized by Google

HISTORIA
ORDINIS
TEVTONICI.





Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA ORDINIS EQVITVM TEVTONICORVM HOSPITALIS S. MARIAE V. HIEROSOLYMITANI.

POTISSIMVM EX

BVLLIS, DIPLOMATIBVS, CHARTIS, SIGILLIS ANTIQVIS, TABVLIS STEMMATOLOGICIS etc.

TABVLARII BALLIVIAE AVSTRIACAE ITA ILLVSTRATA, VT AD COMMVNEM ETIAM HISTORIAE ET GENEALOGIAE VSVM ADAPTATA SIT.

CONTINET

PARS I COMPENDIVM HISTORIAE ORDINIS TEVTONICO-EQVESTRIS.

PARS II CHARTAS, QVAE VEL ORD. TEVT. GENERATIM SPECTANT etc.

PARS III CHARTAS, QVAE AD BALLIVIAM AVSTRIACAM ORD. TEVT. REFERVNTVR.

PARS IV TABVLAS STEMMATOLOGICAS ET SIGILLA ANTIQVA.

APPENDIX

BVLLAS ET DIPLOMATA EIDEM ORDINI DATA, TRANSCRIPTA EX MSS. FVLDENSIBVS,

COMPLECTITVR.

EDIDIT HAEC RAYMVNDVS DVELLIVS CANON. REGVL. S. AVGVST. LATERAN.



VIENNAE AVSTRIAE,

PROSTAT APVD PETRVM CONRADVM MONATH.

MDCCXXVII.



FAVENTISSIMAE MEMORIAE

REVERENDISSIMI

ET

EXCELLENTISSIMI


BIBLIOTECA ROMA



DOMINI, DOMINI

S. R. I. COMITIS

GVIDOBALDI

DE STARHEMBERG etc. etc.

EXCELSI TEVTONICI ORDINIS EQVITIS

INCLYTAE BALLIVIAE AVSTRIACAE COMMENDATORIS PROVINCIALIS

S. CAES. REGIAEQVE MAI. A SANCTIORIBVS CONSILIIS

SVPREMI EXERCITVS DVCTORIS

REGNI SCLAVONIAE GVBERNATORIS

LEGIONIS PEDITVM TRIBVNI

HOC OPVS AVCTOR CONSECRAT.

Digitized by Google

REVERENDISSIME ET EXCELLENTISSIME
DOMINE

DOMINE AC FAVITOR
BENIGNISSIME!



D*Vm hancce Lucubrationem,* REVERENDISSIME AC EXCELLENTISSIME COMES, *Nomini* TVO *in orbe splendidissimo veneranter inscribo, legem justitiae, (cui* TV TE *quoque raro exemplo totum addixisti) adimpleo, qua serio universis praecipit:* Suum cuique reddere. TV *me hominem, licet a Musis tenuiter instructum, ad perscrutandum locuples Ordinis Teutonico-Equestris Tabularium Balliviae Viennensis (cui sanctissime praees) evocasti; evocatumque insigni munificentia prosecutus es: atque ita hic liber natus fuit, totus exinde* TVVS; *quoniam* TVA *cura, Sumtu* TVO, *utroque maximo, lucem adspexit, quippe quem decori Ordinis*

TVI, *Reipublicae literariae commodis, digno* TE *instituto destinasti. Ita nimirum de Hercule quoque legitur; ipsum, confectis cum summa nominis sui memoria certaminibus, Musis & ducem fuisse & comitem, ac eapropter* MVSAGETEN *dictum. Quod si concepta hunc in modum voluntas* TVA *ad irritum decidisset, omnis caussa profecto in me (cui vis ingenii, non item promtus obsequendi animus defuerit) merito sit transferenda; Si quidem, sin minus ego Maronis,* TV *Maecenatis partes sedulo implevisti. De* FAMILIAE TVAE *antiquitate, meritis, flore consulte taceo, ne solem in meridie quaerere videar, et, ut ne modestiam* TVAM *irritem, de excellenti animi* TVI *bonitate ne quidem verbo dicere constitui.*

Ergo hoc superest, ut primo TIBI *pro collocata in me fiducia et benevolentia, proque acceptis ingentibus beneficiis propalam amplissimas gratias persolvam: dein, ut hoc quoque fatear ingenue, magnum fortunae meae incrementum accessisse ex eo, quod solidas vitae sancte et prudenter instituendae regulas ex ore et exemplo* TVO *excipere, mihi saepiuscule licuit.* DEVS *bonus isthaec retaliet,* TE*que Reipublicae, Ordini Teutonico-Equestri, et bonis omnibus ut cum diutissime servet! Ego, ut hoc eveniat ardentissimis precibus ejus numen exorabo*

TVVS

REVERENDISSIME ET EXCELLENTISSIME DOMINE

DOMINE FAVITOR BENIGNISSIME

DABAM VIENNAE IN DOMO TEVTONICA
KAL. NOVEMBRIS cIↃ IↃ CC XXVI.

SVBMISSISSIMVS SERVVS

RAYMVNDVS DVELLIVS CANONICVS
REGVLARIS LATERANENSIS.





LECTORI BENEVOLO S.

ITa, amice Lector res exigere mihi videtur, ut antea, quam hunc librum evolutum eas, quaedam Tibi tum neceſſaria, tum jucunda ſignificem. Hinc primo loco imaginem conſuetudinis atque vitae ingeniique *REVERENDISSIMI ET EXCELLENTISSIMI* Maecenatis, cujus vocatu hoc laboris literarii aggreſſus fueram, ea lingua et verbis iisdem, quibus ego illud a primae Nobilitatis Viro (ab ingenio et familiari cum noſtro conſuetudine hujus, quoad ejus fieri poteſt, capaci) acceperam, Tecum communicabo: en illam!

Monſeigneur le Comte Guidobalde de Staremberg eſt d'une de plus anciennes et les plus nobles familles de l'Autriche. Il eſt d'une taille mediocre, mais fine: ſon temperament oif, ſes yeux toûjours ètincellans, auſſi bien que les geſtes, et ſa manier de parler marque une extreme vivacitè. Il eſt adroit dans tous les exercices, il a trés bien etudié; il poſſede toutes les qualités d'un grand Capitaine, ſobre, laborieux, vigilant, ſans inquietude, doüé d'un diſcernement epuré; il voit d'un ſeul coup d'oeuil tout ce, que bien d'autres, quoique tres experimentés ne ſçauroient dêmeler aprés une longue meditation. Il n'a point d'autre interêt, que celui de la gloire, point autres veües, que les ſervices de ſon Maître, toû-*

)()()(jours

* De hac illuſtriſſima familia vid. Valentin. Prevenhueber in Alt-Steyrmark, quem librum, utpote rariſſimum, iterum ſub praelum a me revocatum exhibebit Syntagma meum Scriptorum Auſtriacorum.

jours serer pour ses devoirs malgré ses blessures considerables. Il enseigne par son exemple la discipline militaire dans la plus grande rigeur : Sa morale est tout a fait Chretienne; sa severitè ne và jusqu'a faire repandre du Sang, et, si quelque fois il menace, c'est, qu'il craint la dure necessitè de châtier. Dans l'occasion il est intrepide, et son feu, qui redoute, ne s'oppose pourtant jamais a sa prudence. Il entend merveilleusement l'infanterie, soit dans la guerre de Campagne, soit pour defendre, ou pour attaquer une place. Personne ne connoit mieux, que lui l'avantage d'un poste, et il sçait a fond les fortifications. Il blâme toujours les actions equivoques independemment des personnes, qui les commettent. Il se plait a moraliser, il a des opinions singulieres et fort austeres; il inspire toujours et par son exemple et par ses paroles de bons Sentimens a ceux, qui l'approchent, il sçait de même railler agreablement, autant que cela est compatible à un homme de son aage et des ses emplois. Il aime la lecture, mais de peu de livres, pour en profiter d'avantage. Sur les choses qui portent coup, il observe un religieux et continuel silence, pendant que sur celles, qui sont indifferentes, il soutient souvent la conversation. Sa prudence consomée porteroit souvent la reserve jusqu'a un' espece de mefiance, si les genereux sentimens de son coeur n'y mettoient obstacle. Il est bon parent; il est fidel a ses amis, puisqu'il ne les flatte point, et s'il n'a pas un certaine sensibilitè de coeur, il n'en est moins attentif a faire plaisir a ceux, qui le prient de faire quelque chose pour eux. Il n'a pas moins de talent pour la negotiation, que pour la guerre, il connoit a merveille la difference de conjunctures et des tems egalement capable de penetrer le secret d'autrui et de cacher le sien. Il a recherchè et vù plus d'occasions depuis qu'il sert, que bien d'autres de ses anciens; il a eté fait Marechal a l'aage de 46. ans depuis la fameuse marche en Piemont. Enfin on peut avancer sans être soupçonné de flaterie, que Monseigneur le Comte Guidobalde de Staremberg est un'assemblage de toutes les vertus morales Chrêtiennes et militaires, qui peuvent former le caractere d'un des plus grands hommes de notre Siecle. Il semble meme, que la nature ait pris soin de les animer d'un certain feu, qui bien loin d'en diminuer le merite, l'augmente infinement.

Manum jam de tabula tollo, et Te porro L. B. de hac mea lucubratione, qualis qualis sit, certiorem facio; eam novem mensium intervallo a me confectam esse, cujus quidem caussa una item et altera chartarum chilias lectione percurrenda fuit, et huic labori alia quaedam parerga accesserunt: ita tempori et statui rerum mearum servire tunc oportuit. Ipsus equidem, me tacente, in libri evolutione haec omnia compereris;

ris; praeoccupare tamen Te volui, ut ne eamdem, quam ego in congerendo hoc opere, Tu in judicando festinationem adhiberes. Quamquam et hoc sancte adjurare possim; me, quicquid in utilitatem tuam fore arbitratus sum, in apricum protulisse, praetermisisse nihil: eapropter quoque confido, me aliqualem tui gratiam initurum esse.

Primo historiae Ordinis Teutonico-Equestris compendium dedi, idque e fontibus, quoad in tanto partium studio et spissa aevi antiquioris caligine licuit, probatissimis, quos plerumque in margine adscripsi, ut cuicunque ad illos aditus pro lubentia sua patefieret. Sed compendium dixi, ne amplam historiam et styli nitorem hic quisquam desideret. In prioribus Ordinis temporibus prolixior, in posterioribus brevior multis de causis, atque adeo consulto fui: praeterea, ut diverso Lectorum genio satisfacerem, notas contextui addidi; ita, qui brevia amant, contextum legent, qui prolixa, notas, et cui plura nosse libet, documenta cum his conjunget. Nam ista in partibus subsequentibus ex ordine Tabularii evulgavi tum, ut asserta in Compendio meo firmarentur, explicarentur; tum, ut hae quoque chartae usui historiae reliquae et Genealogiae cum sigillis (quorum figurae a Nobilissimo D. Ignatio de Radern delineatae, verba vero a me transcripta fuerunt) adaptari possint; tum, ut excelsi Ordinis Teutonico-Equestris fama contentis in illis primarum Orbis personarum testimoniis (at quam splendidis) contra fallaces adversariorum calumnias integra conservaretur. Huc omnino viri hac in parte modestissimi, etsi a fide Catholica alieni, Georgii Pistorii (a) pertinent; ea haec sunt: *„Habet Ordo Teutonicus sua merita, habent etiam saepe illius membra „sua vitia; vitia autem quorundam hominum non sunt imputanda uni-*

 „verso

(a) In Thesaur. Paroem. German. Centur. X, p. 1031.

„verſo Ordini„. Qui ſecus agunt, Naſonem ſibi occinentem audiant:

Parcite paucorum crimen effundere in omnes!

Tabulae Genealogicae omnes ex eodem Tabulario prodiverunt: quae num fideles ſint, ſi uſpiam, in hoc ordine ſumma cum cura et attentione diſcutitur: nam ad *Ordinem Teutonicum nemini patet aditus, niſi nobili genere prognato, quique fidem ſuae proſapiae tam paternae quam maternae ſedecim progenitorum* legitima *demonſtratione fecerit (b).* Quod quum ita ſe habeat, illas plurimis familiis utiles fore, confido. Diplomata porro et bullas, quae in Appendice apparent, celeberrimi in Re litteraria publica Viri, D. Ioannis Friderici Schannat Hiſtoriographi Fuldenſis favori, quo is mea ſtudia proſequitur, accepta refero; cui maximas eapropter gratias omnino debeo, et ago. Caeterum, quam ut poſſum optime, id palam profiteor et declaro, me hoc quali quali Scripto nullius juri quicquam derogare aut voluiſſe, aut poſſe; hoc enim ſolo beatum me reputaturus ſum, ſi REVERENDISSIMO ac EXCELLENTISSIMO Maecenati, ſerióque literatorum cohorti, et Tibi, Lector Benevole, labores meos probavero. Vale!

(b) Verba Clmi amici quondam noſtri I. W. Imhofii in Notitia S. Rom. Imp. Procerum p. m. 64. qui de moderno Ordinis ſtatu legi meretur.



PARS

PARS I.
DISSERTATIO
ISAGOGICA
SEU
COMPENDIUM
HISTORIAE
ORDINIS TEUTONICO-
EQUESTRIS.

Digitized by Google



SECTIO I.

Origo, Institutum, Confirmatio, Vestitus Equitum Teutonic.



O tandem usque Rei Christianae summa in Terra Sancta, Saeculo XI. in occasum praecipitante, devenerat; ut ipsi aut supremum propediem excidium, aut prodigiosum e coelo auxilium adfore, quibusvis videretur. Saraceni, monstra hominum, Christianos advenas *„multimodis angariis affligebant, et opimis evectionibus, quas attulerant, peregrinos funditus emungebant - - - et sic variis exactionibus eos pauperabant* (a): adhaec *„templum Domini in eorum mahumeriam versum erat, et stabula equorum secus ejusdem sepulcri Basilicam impie statuebantur* (b). At enim vero (qui premi suos, supprimi non patitur) Deus non distulit, his malis cotidie ingravescentibus medelam ferre: ut pote qui Petri Eremitae Galli (c) oratione Urbanum II. eo commovit, ut is apud Clarum montem Arverniae oppidum An. Dom. cIↄXCV, mense Novembri synodum celebraret, in qua Christianos ad Sacram in Palaestinam expeditionem hortaretur.

- - - Docuit summus Pater illos ire sepulcrum
Ad Domini nostri, locus ut purgetur, et hostis
Inde repellatur. (d)

Mirum quantum inde fervoris loca sacra recipiendi in animis fidelium exaestuaverit! *Nobiles, et ignobiles, divites et pauperes de omnibus terris unam, eamdemque volun-*

(a) Verba Balderici in Hist. Hierosol. vid. Gesta Dei per Francos p. 86.
(b) Auct. Anon. Hist. Belli S. in Museo Italico Mabill. Tom. I. p. II.
(c) In urbe aut dioecesi saltem Ambianensi ortum, quem nobis ita depingit Rodulfus in gestis Tancredi Tom. III. Thesauri novi Antiquit. Martenii.

- - - Petrum Eremitam
Petrum, cujus erant, color ater, spiritus acer,
Pes nudus, statura brevis, facies macilenta,
instar asellus equi, phalerae sibi sicut aselli.

(d) Donnizo in vita Mathild. Tom. I. Script. Brunsvvicens. Leibnitii.

tatem habentes perrexerunt in viam S. Sepulcri (e): quin immo (stupendum dictu) etiam *foeminae in hanc expeditionem euntes virili utebantur habitu et armatae incedebant* (f). Exinde originem suam expeditiones bellicae (quas vulgo, ob milites easdem spectantes cruce signatos, *Cruciatas* vocant) in Terram S. destinatae sumpsere; quae lapsu temporis Equestres Ordines, nimirum: Templariorum fatis suis celebrium, Equitum S. Joannis Bapt. et Teutonicorum, progenuerunt. Nos, quod nostra refert, in posterioris primordia inquisituri illorum de his sententiam, qui circa hanc tempestatem, aut non ita longe post tempore vixerunt, in medium proferemus. Jacobus de Vitriaco, voto Canonicus Regularis (g) in Historia Jerosolymitana cap. 66. post A. 1128. haec posterorum memoriae reliquit: „Quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, placuit divinae providentiae praedictis duabus „Domibus (h) addere tertiam, S. Terrae admodum necessariam, quasi ex praedictis duabus compositam: professionem enim, et regulam, et institutiones Fratrum Militiae Templi tam in bello, quam in pace prorsus observant; infirmos peregrinos, et alios nihilominus sicut FF. Hospitalis S. Joannis in Hospitali suo, quod „dicitur S. Mariae Teutonicorum in Hierusalem recipiunt - - - - Hi autem quasi „a modico et tenui fonte principium habentes, in magnum fluvium excreverunt „- - - Cum enim Civitas S. post praedictam ejus liberationem (i) habitaretur a „Christianis, et multi ex Teutonicis et Alemannis, causa peregrinationis pergentes „Hierusalem, linguam Civitatis ignorarent, inspiravit divina Clementia cuidam honesto et religioso Viro Teutonico, qui in civitate sua cum uxore morabatur, quatenus quoddam Xenodochium de bonis suis construeret, in quo pauperibus et infirmis Teutonicis hospitalitatem exhiberet. Confluentes autem ad ipsum ratione „commercii linguae et noti sibi idiomatis de gente illa multis pauperibus et peregrinis, de consensu et voluntate D. Patriarchae quoddam Oratorium composuit „juxta praedictum Hospitale in honore Dei genitricis Mariae - - Quidam autem et „maxime de gente Theutonicorum praedicti viri Charitatem et meritum attendentes omnibus renunciantes se et sua Deo et praedicto Hospitali tradiderunt, ministerio pauperum deposito habitu saeculari voto se adstringentes. Procedente autem tempore eum non solum de inferioribus, sed de Equestri Ordine et de nobilibus Alemanniae, Viris DEO devotis, praedicto Hospitali sese voto obligassent, „paupertatem voluntariam, et abjecti in Domo Dei esse magis, quam habitare in Tabernaculis peccatorum eligentes, visum est eis, DEO gratum esse „et acceptum, et magis meritorium, non solum pauperibus infirmis inservire, sed *insuper animas suas pro Christo ponere et ab inimicis fidei Christianae „Terram S. defendendo Christo tam spiritualiter, quam corporaliter militare.*„ Atque hi quidem Antepilani Ordinis Teutonico - equestris fuere; nunc porro ipsam veram hujus originem Petrus Dusburgensis (k) nobis affatim repetet, quem fontem

(e) Chron. S. Maxent. in Bibl. MSS. Labbei T. II.

(f) Dodechin. in Append. ad M. Scotum ad A. 1096.

(g) In Coenobio Brabantiae S. Nicolai de Ognies, deinde Episcopus Acconensis etc. An. Dom. 1240, ut Bellarminus de Script. Ecclesiast. tradit, vel 1244, ut volunt Petrus Frizon in Gallia Purpurata L. 2. Aubertus Miraeus in Auct. Constantinus Ghinius in Natalibus SS. Cann. die xxiij. Junii.

(h) Nim. Templariorum et Equitum S. Johannis.

(i) Hierosolyma A. Dom. 1099, xv. Julii fer. vj, a Godofredo Bullione (primo dein Rege Hierosolymitanorum) recepta fuit. Petav. in Ration. Temp. L. viij. c. 19.

(k) Fuit Hospital. S. Mariae Teutonic. Sacerdos, *Chronicamque Terrae Pruschiae* A. Dom. MCCCXXVI. complevit, Hartknochio ejus editori, *primus omniumque probatissimus historiae Prussicae Scriptor.* ex quo, teste Braunio in Script. Polon. et Pruss. p. 291. (qui de hoc authore legi omnino meretur) *quidquid Chronicorum Prussiae abinde scriptum est, initia sua mutuarunt Scriptores.* Felix tamen dicendus merito est Petrus, quod Hartknochium, Virum egregie doctum, editorem habuerit, quae hic uncis clausimus,

tem, relictis rivulis posterioribus (magnam partem a scaturigine decedentibus) delibasse juvet, ita ille: „In N. Dom. amen. Anno Incarnationis ejusdem MCXC.
„tempore illo, quando Civitas Acconensis esset a Christianis obsessa et divina fa-
„vente gratia de manibus infidelium recuperata, fuerunt in exercitu Christianorum
„quidam devoti homines de Bremensi et Lubecensi Civitatibus, qui tanquam viri
„misericordiae oculis compassionum incidentes in diversos et intolerabiles defectus
„et incommoda infirmorum degentium in dicto exercitu fundaverunt Hospitale in
„tentorio suo, facto velo cujusdam navis dictae Cocka Teutonicae ubi dictos infir-
„mos colligentes, ipsis devote et humiliter serviebant - - - Unde tum Dominus Pa-
„triarcha in Hierosalem, Heinricus Rex Hierusalem illustris, Nasarenus, et Tirensis, et
„Caesariensis Archiepiscopi; et Bethlehemitanus, et Acconensis Episcopi; Magister
„Hospitalis S. Joannis et Magister Domus Templi, et multi Fratres ambarum Do-
„morum, pluresve Barones Terrae S; scilicet; Radulphus Dominus Tiberiadis et
„Dominus Hugo Frater suus, et Remoldus Dominus Sidonis, et Dominus Cyma-
„rus de Caesaria, et Dom. Johannes de Hibelino et multi alii de regno Jerusalem.
„Et de Allemannia: Conradus Maguntinensis Archiepiscopus, Conradus Herbipo-
„lensis Episcopus et Cancellarius Imperii Romani, Wolgerus Pataviensis Episcopus,
„Gardolphus Halberstadiensis Episcopus, et Cisensis Episcopus, Fridericus Dux Sue-
„viae, Heinricus Palatinus Comes Reni, et Dux de Brunsvvig, Fridericus Dux Au-
„striae, Henricus Dux Brabantiae, qui Capitaneus totius erat exercitus„ [auctor Chronici Ordinis dicit Fridericum Ducem Sueviae et Henricum Ducem Brab. fuisse duces exercitus (*)] „Hermannus Palatinus, Comes Saxoniae, et Lantgravius Thu-
„ringiae, Albertus Marchio Brandenburgensis et Henricus de Caladia [Kalender]
„Marschalcus Imperii, Conradus Marchio de Landsberg, The. Marchio Misnensis,
„Comites vero et Magnates, et quam plures nobiles dicti exercitus etc. - - Omnium
„Principum supra dictorum consilium in hoc resedit, ut D. Fridericus Dux Sueviae
„nuncios solennes Fratri suo Serenissimo D. Heinrico VI. Regi Rom., futuro Impe-
„ratori mitteret, qui apud D. Papam [Caelestinum III.] institutionem et Confirmatio-
„nem Hospitalis praehabiti impetraret. Papa itaque audita hac legatione, piis pe-
„tentium precibus inclinatus in dicto Hospitali Ordinem Fratrum Hospitalis in Hiero-
„solem circa pauperes et infirmos; Fratrum vero Militiae Templi circa Clericos, et mili-
„tes et alios Fratres (l) *instituit* et *in nomine Domini confirmavit*, concedens Fratribus
„dicti Hospitalis, ut nigra cruce et albo pallio uterentur, *Omnesque libertates, im-*
„*munitates et indulgentias venerandis Domibus praedictorum Hospitalis et templi ab*
„*Apostolica Sede concessas indulsit, ut eis uterentur libere sicut illi*„ (m). Mirari satis non possum Hartknochium, Lunigium et Venatorem bullam quamdam confirmationis (ut vulgo dicitur) Lectoribus obtrusum ire vernaculam, eamque talem, ut quilibet

---

simus, ex notis laudatissimi Hartknochii addidimus, cujus vitulo saepe nos arasse, fatemur; De *Dusburgensi* praeterea Leonhardus Schurzfleischius in Hist. Ordinis Ensiferorum p. 186. testatur, eumdem esse Scriptorem veterem et *Auctoritate* praestantem. Nemo igitur nobis vitio verterit, quod fundamentum Historiae Ordinis Teutonica Equestris ab ejusdem Ordinis Presbytero et Historico probatissimae fidei depromserimus. Suppeditavit mihi hunc librum, hic loci rarissimum, Bibliotheca, quam Maecenas et ΣΩΤΗΡ *ἀμφότερος* Illustrissimus Comes Carolus de Pertusatis etc. magnis sumptibus et summo cum delectu in suum, literatorumque usum instituit.

* At libri Ordinis, ut vocant, ad Dusburg sententiam accedunt: unus eorum Duisburgensi forte antiquior ita habet: *der Hertzoge Hainreich von Brabant, der do Haupt vvaz des Heers* etc.

(l) i. e. ut Fratres Teutonici instar Fratrum Hospitalis S. Joannis pauperes curarent et infirmos; in iis autem, quae ad militiam aliaque adtinent, Templariorum institutum sectarentur.

(m) Vid. super hoc Bull. Alexandri P. IV. Parte II. n. 14.

bet, qui vel primis labris Criticam deguſtarit, eam a ſtylo Romanae curiae ejus aevi penitus diverſam, atque adeo aut ſpuriam omnino, aut interpolatam eſſe (quod paſſim chartis ex apographis in vernaculam converſis contigit) ſibi perſuaſerit: hinc dolendum maxumo eſt opere, ipſius Autographi copiam nullibi, quoad ſciam, ſuperſtare. Temere tamen et ſine ratione ageret, qui hanc ob cauſſam negaturus eſſet, hunc Ordinem a Papa Caeleſtino III. ejus nominis confirmatum fuiſſe: quod praeter Petrum Duisburgenſem ac plura alia antiqua, fideque digniſſima monumenta, evidenter evincunt antiquiſſima ſtatuta Ordinis Teutonici (n), e quibus ea, quae huc faciunt, tranſcripſimus. „Hunc ergo ſpecialem Ordinem *ad utilitatem S. Ecclesiae ſe generalius diffundentem* congratulationis oculo diverſi ſummi Pontifices intuentes, ad petitionem Friderici Ducis Sueviae, coeterorumque Principum terrae S. et Alamanniae tempore, quo a Chriſtianis Accon [1191] eſt obſeſſa, confirmatum plurimis privilegiis, et immunitatibus, et libertatibus illuſtrarunt.„ Ithaec ipſa ſtatuta (o) adeat, cujus plura de vetuſtiori Ordinis inſtituto ſcire intereſt; ſed illi, qui praeſentis vitae normam noſſe percupit, Cl. Lunigius (in Spicil. Eccl. Contin. Partis I. p. 49. de Ord. Teut.) eamdem plenius explicatam dabit. (p)

Veſtitus formam ex Marci Sanuti loco (†) et Petro Duisburgenſi *Pallium album* cum nigra cruce fuiſſe addiſcimus idque ex conceſſu Papae; verum enim vero nolim ego haec ad ipſa Ordinis inſtituti primordia revocari (q) (etſi hoc de omnibus fere illis, quae prioribus XXX. annis Ordini contigêre, factum fuiſſe, Viri eruditi rite obſervaverint) nam tali dicto Epiſtola Innocentii III. 125. (r) obloqueretur, quam, quia hujus loci eſt, producimus.

Magiſtro et Fratribus Hoſpitali Teutonicorum Acconenſi.

„SUam nobis dilecti filii Fratres militiae templi querimoniam obtulerunt, quod „cum in primordio inſtitutionis Ordinis ſui eis fuerit ab Apoſtolica Sede conceſſum, ut in religionis ſignum militiae templi albis palliis uterentur ad differentiam aliorum, vos in confuſionem Ordinis ſupra dicti NUPER *alba pallia* portare „coepiſtis. Nolentes igitur, ut ex hoc inter vos et ipſos aemulationis, ſeu diſcordiae materia ſuſcitetur, praeſentium vobis auctoritate praecipiendo mandamus, „quatinus *veſtro contenti habitu* exiſtentes, hujusmodi alba pallia, quae, ſicut prae-„miſſum

(n) In Miſcell. meis Tom. II. p. 14. add. cit. Sup. Librum Ordinis, in quo legitur: *Her* (Heinricus Rom. Rex) *vvürbe von dem Paveſt Celeſtino, das Her das vorgenannte Spital (nim. Ord. Teut.) ſtetigete und Im gebe, das leeben an den ſichen nach dem ſpital ſand Johannes und den Ritterſchafft von dem Orden des tempels und yrre payder leben und ir Vreibait, von den genaden unſers Herren und von der miltichait des Pavveſt vvare geſteriget und gegeben denſelben ſpital ditz leeben.* Vid. quoque Hartknoch. in Diſſert. de variis rebus Pruſſicis Diſſ. XIX. 15. Hic idem Heinricus Domum S. Mariae Ord. Teut. fundaſſe et dotaſſe in App. n. XVIII. dicitur.

(o) De hiſce loquutum fuiſſe Venatorem exiſtumo, quum librum Ordinis latinum ſub Magiſtratu Pauli de Rusdorf innovatum fuiſſe pag. 187. narrat. ſed liceat mihi cum bona venia Viri Clementiſſimi dicere, Rusdorfium non innovaſſe Librum Ordinis, niſi ille paucas iſtas acceſſiones, quas ſtatutis a nobis editis Mariaeburgi 1422. adjunxit, renovaminis nomine appellandas cenſeat. Colligo pariter ex verbis Doctiſſimi Braunii in Scriptor. Pol. et Pruten. p. 241, ipſi noſtra haec ſtatuta nunquam viſa fuiſſe.

(p) Nec praetereunda Hartknochii de Variis Rebus Pruſſ. Diſſert. XIX.

(†) In Secret. Fidel. Crucis L. III. p. VII. cap. 3.

(q) Impingunt in hunc ſcopulum, Venator p. 7. et 11. Waiſſelius p. 33. Hartknochius ad Chron. Petri Duisb. p. 22. et plerique alii.

(r) Ex Edit. Baluz. Tom. II. pag. 471.

„missum est, in signum religionis concessa fuerunt Templariis antedictis, nullatenus deferatis - - - Datum Laterani VI. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno „tertio decimo.„

Ex qua luculenter apparet, pallium album (de quo solum hic nobis sermo est) neutiquam primaevam Equitum Teutonicorum vestem fuisse: at successu temporis ejusdem usus *permissus* fuerat, cui statuta nostra antiquissima (s) his verbis suffragantur: „Vestes autem, quas exterius deferunt, sint religiosi coloris, et Militibus „quidem in signum militiae *palliis albis* uti *liceat:* in vestibus aliis a caeterorum FF. „indumentis non differant a colore. *Statuimus* autem, ut singuli Fratres in palliis „et cappis, et tunica armorum *Crucem magnam* deferendo per habitum exteriorem „se hujus Ordinis esse membra specialiter profiteantur - - - Clerici, quia in forma „vestis etiam in saeculo religionem praetendere debent, decet multo amplius, ut „in ordine existentes clausis utantur vestimentis.„ Hinc quoque sancitum iisdem legibus fuit, „ut in singulis domibus pannus albus cum nigra cruce ad exequias „defunctorum FF. habeatur.„ Nostra, quam vivimus, tempestate Equites Milites, dum ad Mensam Domini accedunt, dum statis festorum suorum diebus in templis comparent, et, dum Ordinis caussa propalam conveniunt, pallio albo (quod suras lambat, neque ex serico sit) cui nigri coloris crux ex panno Attalico argento fimbriata, assuta est, vestiuntur. Clerici porro hujus Ordinis in Ecclesia, aut quotiescunque Ordinis munere funguntur, vestem nigram talarem pallio albo ad calceos defluente, pulli item coloris crucem ostentante, adoperiunt. Alias hi quidem nigra justae longitudinis toga, quam Crux memorato modo insigniat, utuntur: illi autem communem cum hominibus laicis vestitum, at nullius floridi coloris, adhibent, a quibus tamen differunt, quod crucem auream nigro, praeter marginem candidum, colore incrustatam atque oculis omnium expositam (publicum status sui testimonium, et ad *crucifigendam inferiorem hominem* incitamentum) gestare soleant. Originem, institutum, confirmationem, vestitum Equitum Teutonicorum tantisper dispeximus: nunc incrementum, fata, vicissitudines cum eorum, qui summae rerum praefuerunt, serie recitscere aggrediamur. Nobis propositum est, non omnia, sed insigniora, aut, quae ab aliis dicta non fuerunt, breviter commemorare.

SECTIO II.

Series et gesta eorum, qui primis 60. annis Ordinis Teutonici magistratum gessere.

FRater *Heinricus* de *Walpot* primus omnium Ordinis Teutonico-equestris Magister in Castris ad Acconensem urbem fixis An. Domini 1190. salutatur. Huic quum Cives Bremenses et Lubecenses in patriam ex peregrinatione redituri jus omne ad fundatum a se Hospitale S. Mariae in Jerusalem (a) tradidissent, ipse vero nullam pervidisset hujus urbis recuperandae spem affulgere, occupata a Christianis Acconensi civitate agrum quempiam ante portum S. Nicolai emit, cui Hospitale

Magistri Generales Ord. Teut. *I. Henricus de Walpot.*

(B) 2

(s) Antiquissima vocare non dubito, quod antiqua illa (et initio partem, partem medio saeculi XIV. scripta) ex his in vernaculam conversa fuisse deprehendi. Juvat ex illis ad dinoscenda Ordinis officia solummodo, quae pag. 53. recensentur, transferre. *Magister simul et Conventus constituent, seu mutabunt Praeceptorem magnum, Marschalcum, Hospitalarium, Traperarium, Thesaurarium, Castellanum de monte forti (Starkenberg) - - - Praeceptores et Provinciales Armeniae, Achaiae, Siciliae, Apuliae Theotonicae, Austriae, Pruzziae, Livoniae, Hispaniae* etc.

(a) Non ipsum Hospitale, nam Jerusalem An. Dom. 1187. in Saracenorum potestatem venit, ut Auctor coaevus, Helmoldi Continuator, Arnoldus Lubecensis L. IV. c. 27. aliique passim tradunt.

tale et templum inaedificavit, in quo Fridericus Dux Sueviae, Summus Ordinis Fautor, quod vivus desideravit, tumulatus est. Ipse autem Henricus An. Dom. 1200. ad plures abiit (b). Successit in officio F. *Otto* de *Karpinn* cognominatus (c) (quo de alii alia referunt, sed pleraque nullo innixa fundamento) sub quo Equitum Ensiferorum ordo in Livonia initium cepit, paucis post annis cum Teutonico nostro conjunctus, quem „1204. *Vinno primus in Livonia Magister genere et virtute praestans, consilioque et manu promptus, regnante Philippo Suevo, cum Romae sacris praeesset Innocentius III, - - auspicatus est*„ (d) Caetera de Ottone commemorata parum firma sunt; nisi quod ex Chronico Ordinis sextum regiminis annum emortualem illi statuat Hartknochius (e), eumque Accone tumulo illatum fuisse ex eodem fonte refe-fat. Non minus obscura sunt et incerta, quae de Ottonis Successore memoriae prodita habemus. *Fr. Hermannus dictus Bart Magister Tertius praefuit multis annis et mortuus est XIII. Kal. Aprilis, sepultusque est Achon, Verba sunt Duoburgensis* (f).

II. Otto de Karpinn.

III. Hermannus Bart.

IV. Hermannus de Saltza.

Pergendum igitur ad IV. Ordinis Magistrum Generalem Hermannum ex generosa Nobilium de Saltza prosapia (g) oriundum, Virum immensi de Ordine Teutonico-equestri meriti. Ordo hic quippe qui etiamnum perexilis erat (vovente Hermanno, postquam apicem praefatae dignitatis A. Dom. 1210. (h) conscendisset, ut *Ordo suus tempore suo quo praeesset, tantum sumeret incrementum, quod posset habere in armis paratos Decem Fratres milites* (i)) nostro fasces tenente tantum invaluit, ut non multo post ejus obitum *computata fuerint de Nobili sanguine Regni Alamannicae duo millia Fratrum in ordine supradicto* (k). Hujus pariter tempore *meliora Privilegia tam Papalia, quam Imperialia Ordini sunt collata: magnifica quoque dona in Apulia, Romania, Armenia, Alemannia, Ungaria - - - Livonia et Pruschia - - Ordini sunt donata* (l). Scilicet hoc virtus, pietas, habilitas, ingenii, consiliique lumen unius Viri praestitêre. Sed speciatim quaedam hujusce tempestatis, qua Ordo Teutonicus repentino exsplenduit, paullum etiam fusius pro materiae dignitate, prosequi nobis liceat. Quum 1219. Christiani Damiatae Obsidionem facerent, Saracenis ex urbe magna vi in eos se projicientibus primus se opponit Magister Templariorum, qui tamen hostium impetum sustinere haud quaquam valebat. Hermannus igitur noster cum suis in hostes incursare, aciem eorum perfringere: illi fugam adornare, cavumque pedis demum ostendere; quibus, aliisque strenue gestis Damiata tandem obsidentibus cessit, (m) atque hac occasione magnam undique gloriam Hermannus collegit. Permotus utique ejus fama Otto IV. (n) et Fridericus II. Ordini Teutonico sequens Privilegium concessit, totum a nobis, quod quasi fundamentum multorum aliorum sit, inserendum. (o).

In

(b) Ex Petro Dusb. p. 22, et Chronico Ordinis ibidem Panormi, dum hic regeret, per Diploma Henrici VI. Imperatoris Rom. et Regis Siciliae Monasterium Cisterciensium ad S. Trinitat. 1197. Ordini Teutonico equestri traditum est. Vid. Cl. Mongitore in monument. Hist. S. Domus Mansionis SS. Trinitatis etc. p. 13.

(c) Chronicon der Homeister MS.

(d) L. Schurtzfleisch in Hist. Ensifer. p. 1. et 177.

(e) In Alt und neu Preussen P. II. p. 265.

(f) p. 24. ubi in notis additur: *Quatuor annos ei tribuit Chronicon Ordinis et Auctor Chronici Latini MS.* etc.

(g) Vid. Bayerus in Vita Hermanni de Salza, cujus opera multum hic profecimus.

(h) Waisselius p. 45. a quo calculus Ordinis Chronici non abhorret.

(i) (k) (l) Verba sunt Dusburgensis. caeterum in hujusce confirmationem Vid. P. II. et ea quae Parte III. praefati sumus etc.

(m) Vid. Oliverius Edit Bongars. p. 1188. et seqq. Item Jacob. de Vitriaco 1138. et 1140. etc.

(n) Vid. App. n. XII.

(o) Confer P. II. n. VIII. ubi Fridericus huic Hermanno Mag. et Ordini suo terram quandam incultam „de Orto Acconensis Episcopi usque ad terminos terrae Jenuen-„sium,

IN Nomine S. et Individuae Trinitatis, amen. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Siciliae etc. Inter alia Pietatis opera, quibus Imperialis dignitas uberius exornatur, Liberalitas obtinet Principatum: illa Praecipue, quae ad utilitatem et commodum locorum venerabilium exercetur. Nam, si a terreno Principe particula datur illius interventu, qui affluenter tribuit universa, quod dat, ad eum cum foenore multo revertitur, maxime eum per hoc videtur, quod pro terrenis aeterna provida meditatione mereatur. Ea propter Notum facimus universis Imperii fidelibus tam praesentibus, quam futuris, quod Nos meditatione piissima attendentes, qualiter Sacra Domus Hospitalis S. Mariae Teutonicorum in Jerusalem a Praedecessoribus nostris pietatis intuitu propagata in multiplices fructus prodiit fide dignos et a Divo quondam Imperatore Henrico inclytae recordationis Patre nostro rebus ac libertatibus praemunita et incrementum suscepit spiritualiter, et temporaliter Domino famulando et ad nostram magnificentiam Fratrum dedicatorum ibidem ad divina servitia cum fide devotio semper crevit, nec non celebrem vitam et honestae religionis cultum, quibus dilectus nobis in D Frater Hermannus Magister Domus Hospitalis, ejusdem et Fratres sui clarere noscuntur, labores etiam et sudores assiduos, quos pro fide Christianorum, et gloria sustinent incessanter, (*) aeternae retributionis intuitu, et pro remedio animarum progenitorum nostrorum memoriae recolendae, et pro nostrae salutis et gloriae incremento, temporum favori et profectui intendentes, eandem Sacram Domum, et ab ipsa quoslibet derivatos fratres et confratres ipsorum cum omnibus bonis stabilibus et mobilibus quae per totum Imperium nostrum rationabiliter possident in praesenti, et quae in antea dante Domino, justo titulo poterunt adipisci. Nec non subditos eorum, ejusdem legationem atque negotia exercentes, sub speciali protectione ac defensione nostra recipimus, et eidem domui perpetuo confirmamus omnia Privilegia et scripta quaelibet, tam a Parentibus nostris, quam a nobis sibi pia liberalitate concessa. Nec non etiam Castra, Casalia, homines et possessiones quae donatione Regum, Concessione Principum, et oblatione fidelium, sive quolibet alio justo titulo est adepta, vel in futurum poterit adipisci: Eximentes ipsas ab omni data collecta, seu exactione, ab omni Angaria, et ab omni onere cujuslibet servitutis, concedimus etiam eidem Sacrae Domui de munificentia liberali libertatem aquarum, herbarum, et lignorum, utique per proprias Imperii nostri terras ad suarum Domorum usum, et utilitatem, et ut de ipsis per totum Imperium nihil ratione portatici, plateatici, falangatici, ripatici Theolonei, vel alicujus alterius exactionis et jure consuetudinis seu statuti in terra vel mari, sive fluminibus solvere teneantur, sive etiam aliis aquis: firmiter statuentes, ne quis fratres praedictos de tenimentis et Possessionibus Hospitalis ejusdem sine judicio et justitia praesumat aliquatenus diffa-zire. De abundantiori quoque gratia nostra eidem domui et fratribus suis concedimus, et perpetuo confirmamus, ut (NB.) quicunque aliquid de bonis Imperii nomine feudi tenet et possidet, licenter et libere tanquam proprium conferre valeat eidem domui Hospitalis. Statuimus igitur et authoritate praesentis Privilegii praecipimus firmiter universis, ne aliquis memoratam domum et fratres ipsius super praedictis omnibus aliquatenus molestare praesumat: quod qui praesumpserit in suae temeritatis vindictam centum libras auri puri componat; Medietatem Camerae nostrae, et alteram medietatem passis injuriam

„sium, et alio latere de via, quae ducit ad Saphat usque ad fluvium„ confert. Adde P. III. c. I. n. I. Caeterum extat quoque hoc Privilegium apud Melch. Goldast, in Reichs-Handlung fol. 166. et Lunigium im teütschen Reichs Archiv von teutschen Orden p. 3. alia quoque Ord. Teut. Privilegia a Friderico eidem concessa Appendix n. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. exhibebit.

(*) Sane in sequenti anno magnam Christianae fidei caussa cladem perpessi sunt, vid. P. II. n. 4.

riam persolvendam. Ad cujus rei certam evidentiam et perpetuam firmitatem praesens Privilegium fieri, et bulla aurea typario nostrae Majestatis impressa jussimus communiri, hujus rei testes sunt: *Ulricus Pataviensis*, Episcopus, *Albertus Tridentinus* Electus, *Ludovicus* Dux *Bavariae* Comes *Palatinus Rheni*, *Hermannus* Marchio de *Baden*. *Diepoldus* Marchio de *Hochenburg*; *Reinaldus* Dux *Spoleti*, *Fridericus* Comes de *Brenen*, Comes *Everhardus* de *Helffenstein*; *Bertholdus* Comes de *Sancto Monte*, Comes *Ernestus* de *Welsecke*, Comes *Conradus* de *Werdecke*, *Anselmus* de *Justingen* Imperialis Aulae Marschalcus; *Bertholdus* de *Alefeld*, *Conradus* de *Wobre*, *Berde*, *Wangen*; *Sibertus* de *Ulmine*, *Hertwvicus* Magister Coquinae; *Conslingus* Marschalcus, et alii quam plures.

Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis millesimo, ducentesimo, vigesimo primo, mense Aprili, Indictione nona, Imperante Domino nostro *Friderico* II. DEI gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, et Rege *Siciliae*. Anno Romani Imperii ejus primo, Regni vero Siciliae vicesimo tertio, feliciter Amen. Datum *Tarenti* Anno, *Mense*, indictione, praescriptis.

Justum in hoc se Fridericus II. Magistro, totique Ordini Teutonico-Equestri, ut pote de se bene merentissimis, praebuit. Hermannus quippe nuptias Caesarem inter et Isabellam Joannis Solymarum Regis filiam conciliavit (p): dum lis Caesarem inter et Pontifices Maximos versaretur, saepius se arbitrum ex illorum delectu interposuit * immo Imperatori A. 1228. in terram Sanctam transfretanti et ab omnibus fere derelicto, *soli Hospitalarii de Domo S. Mariae Theutonicorum fideliter adstiterunt* (q). Unde factum est, *quod ipse D. Papa et Imperator* (Ore Duisburgensis loquor (r), *ut idem Fr. Hermannus in majori reverentia haberetur, ei et suis futuris Successoribus in Officio magisterii Ordinis Domus Teutonicae constitutis dignitatem Principis contulerunt* (s), *et in signum hujus Principatus D. Papa annulum ei obtulit, et Imperator insignia regalia Imperii* (nim. Aquilam) *in vexillo suo indulsit:* quam etiamnum in insignibus suis ostentant Magistri hujus Ordinis Generales, posteaquam Joannes praefatus Solymarum Rex *Aurea Jerosolymitana Cruce* Scutum Hermanni et Successorum decorasset, cum qua A. 1250. Ludovicus Sanctus Galliae Rector *Lilia Francia* conjunxit (t). Ad haec Summus Pontifex hoc aevo sui corporis custodiam Equitibus Teutonicis demandaverit canente in hunc modum antiquo Poeta, seu Phonasco potius de *amissione Terrae S.* (u).

Der Rat nit behat
Der Gemain der deuschen Herren,
Dy vorchten sich vorcheren
Den Pabst an dem gewalt,
Der im von Rom ist bezalt
VVann ez ist wissenlich,
Der Pabst nimmer ist,
Ez sein tzu aller Vrist
Seiner tuer Hueter
Und innerst Chamerer
Prueder von ler Orden etc.

Magnum porro incrementum Ordini his temporibus imminebat, dum ad occupandum Agrum Culmensem invitabantur. Nam, cum Conradus Dux Massoviae,

Cujaviae

(p) Marinus Sanutus p. 211.
* Duoburgens. p. 27.
(q) Verb. Urspergensis p. 325.
(r) p. 27.
(s) Quod frustra negare Hartknochium in notis ad hunc locum, cum Cl. Bayero l. c. contendo, ut pote qui omni fundamento destitutus claris Duoburgensis verbis (quem tamen ipse *omnium probatissimum Prussicae Hist. Scriptorem vocat*) contradicere nititur. Vid. Sect. I. not. (k).
(t) Chronicon Ordinis.
(u) Bayerus l. cit.

Cujaviae et Dobriniae de Polonorum auxiliis contra Pruſſos ipſum vehementiſſime infeſtantes penitus deſperaſſet, (x) *de Conſilio Fratris Chriſtiani Epiſcopi Pruſchiae et quorumdam Nobilium pro tuitione terrae inſtituit* (y) *Fratres Milites Chriſti appellatos cum albo pallio, rubro gladio et ſtella, qui tunc in partibus Livoniae fuerant* (†) *et multas terras infidelium potenter ſubjugaverant fidei Chriſtianae:* his autem Prutenorum impetum non ferentibus, Anno Domini 1226. Equites Teutonicos in ſuppetias vocavit, conditionibus haud contemnendis propoſitis (z): et Hermannus quidem noſter, ut haecce Conditiones Diplomate Caeſareo (a) firmarentur, impetravit (b); multis tamen variisque obſtaculis praepeditus iſtud negotium ante annum 1230.

 con-

(x) Sequu. Verba Dusburg.

(y) i. e. vocavit, ita verba conſequentia exigunt (quod Pace Hartknochii, ad hunc locum inſtitutionem Ordinis Conrado attribuentis, dixerim) Alias ante inſtitutionem Ordinis ſui, atque adeo ſeipſos, fuerint et pugnaverint hi milites.

(†) Hinc Equites Enſiferi et Livonici appellati fuere, quorum originem ad A. 1204. referunt Henricus Leonardus Schurtzfleiſchius in hiſtoria Enſiferorum et Hartknochius de Republ. Polon. p. 172. Poſthaec, cum ſe Prutenorum barbarorum inſultibus impares viderent, aſſumptis habitu et regula Teutonici Ordinis Hermanno noſtro ſe ſubjecerunt, fuitque hujus rei auctor (ut dicit Schurzfleiſchius p. 189.) *Volquinus* II. Ordinis Livonici Magiſter 1234. etſi poſt mortem ipſius ad effectum haec unio pervenerit. Magiſtri poſteriores Ordinis poſt *Vinnonem* et *Volquinum* hunc in modum a laudato Schurtzfleiſchio recenſentur. Hermannus Balko. 1238. Henricus Heimburger. 1245. Theodoricus Groningenſis. 1247. Andreas Stuklandius. 1250. Eberhardus Seinenſis. 1256. Anno Sangerhuſanus. 1258. Burchardus Hornhuſius. 1261. Georgius Eichſtadienſis. 1264. Wernherus Breithuſius. 1267. Conradus Mandernenſis. 1269. Otto Rodenſteinius. 1272. Andreas Veſtphalus. 1274. Valtherus Nordeccius. 1275. Erneſtus Rasburgius. 1278. Conradus a Feuchtvvangen. 1279. Wilhelmus Schurburgius, aliis ab Emsdorf. 1281. Conradus Herzogenſteinius. 1287. Otto Hogenbachius. 1289. Henricus Dumpeshagenſis. 1294. Bruno. 1296. Gotfridus Rogga. 1298. Conradus Jockius. 1307. Eberhardus Monheimius. 1327. Burcardus Dreilevius. 1341. Goſvinus Erkius. 1347. Arnoldus Fitinghofius. 1360. Wilhelmus Frimerſenius. 1364. Jobus Ulſenus. 1374. Voldemarus Bruggeneus. 1394. Conradus Fietinghofius. 1403. Diedericus Turcus, aliis Teekus. 1414. Sibertus Landerus. 1418. Ziſenius Rutenbergius. 1425. Henricus Schungelius Boekenordius. 1439. Heidenricus Finkius. 1442. Joannes Oſthoffius. 1451. Joannes Volthuſius. 1474. Bernardus Borgius. 1477. Johannes Freitagius. 1468. Valterus a Plettenberg. 1495. Hermannus de Bruggenei. 1535. Joannes de Reeke. 1549. Henricus a Galen. 1551. Wilhelmus de Fürſtenberg. 1557. Gothardus Kettler. 1559. ad Magiſtratum pervenit, ſed Anno 1561, abdicato magiſtratu et depoſitis Ordinis inſignibus, Dux Curlandiae et Semgalliae publice eſt renuntiatus.

(z) De propoſitione, Hermanno facta per Conradum, intelligendus eſt Dusbergenſis, quum dicit: *Acta ſunt haec circa An. Dom.* 1226. nam ipſa donatio Anno demum 1230. perfecta fuit vid. Inferius Inſtrumentum Donationis, et God. Lengnich in der Polniſch. Bibliothec n. IV. §. 12.

(a) Vid. Diploma obſignatum An. 1226. apud Melch. Goldaſt. Reichs-Handlung pag. 168. Scriptores Polonici praetendunt, Cruciferos ea conditione evocatos, ut Culmenſem tractum et quidquid terrae eſt inter Viſtulam, Mocram, atque Dervantiam flumina occuparent; ubi vero Pruſſiam domuiſſent, Culmenſem terram redderent, et quae de Barbaris cepiſſent, partirentur. Sed hos Hartknochius ad Dusburgenſ. p. 37. fundate refutat, quem adi. Add. Godefr. Lengnich l. cit. §. 18. 19. 20. et ſequ.

(b) Negat Ill. Ludvvig (im vertheidigten Preuſſen) Imperatorem quidquam in Pruſſia, ut pote ſibi numquam ſubjecta, diſponere potuiſſe, ſed hoc Hiſtoriae fidei adverſari aſſerit Gladov (in der Reichs-Hiſtorie p. 420.) nam primo ait, diplomata a Schuzio in Chron. Pruſſ. et Schurzfleiſch. in Hiſt. Enſif. adducta contrarium teſtantur: deinde Frid. II. Imp. in epiſtola ad Regem Gall. 1247. data Conradum ratione Maſſoviae *Fidelem* ſuum appellat tertio Seſſionem in Comitiis Pruſſi, antequam Poloniae ſubderentur, habuerunt.

confectum dare non potuit. Illo demum tempore Conradus Solennes donationis suae literas Ordini Teutonico dedit: ita res finem suum consecuta est.

Instrumentum donationis Conradi Ducis Massoviae et Cujaviae de A 1230. (c)

EGo *Conradus* Divina Miseratione Dux *Massoviae*, et *Cujaviae* cunctis praesentibus et futuris scriptum praesens inspecturis notum esse volo, quod cum *Pruteni* et alii Christiani nominis inimici magnam partem terrarum mearum ipsis adjacentium, depraedationibus, incendiis tam Ecclesiarum quam aliorum locorum, interfectionibus virorum, mulierum, et permultorum peccatis hominum, qui altissimum in suis vanitatibus irritaverunt exigentibus, miserabiliter divinâ permissione vastaverint, eorumque qui Christum oderunt, semper ascendens et superascendens superbia invaluerit, adeo ut nec adhuc ipsum in membris vivis persequi cessent, aut desistant, non solum res, imo magis ipsum sanguinem fidelium inter infinitas et horrendas auditu et dictu abusiones, quas in contumeliam exercent creatoris, sitientes; sperans per viros Religiosos manum Domini, quae nos tetigit et flagellum indignationis suae placare, ejusque favente gratia, quae suis adesse consuevit per Christi milites, quorum spes, virtus, et gloria DEUS est Brachium fortitudinis Saracenorum conterendum, salutis animae meae ac meorum, aeternaeque retributionis intuitu, ac ob defensionem fidelium in *Polonia*, uxore mea *Agasia*, filiisque meis *Boleslao*, *Casimiro*, *Zemovito* expresse de bona et spontanea voluntate consentientibus, accedente quoque, consilio et consensu Episcoporum, Magnatum et majorem terrae meae dedi et contuli *Hospitali Sanctae MARIAE Domus Teutonic.* et fratribus ejusdem Domus, *totum et ex integro Culmense Territorium, cum omnibus suis attinentiis* ab eo loco, ubi *Driventa* egreditur terminos *Prussiae*, et per Decessum ejusdem fluminis usque in *Vissam*, et in Decessu *Vissae* usque ad *Ossam*, et per ascensum *Ossae* usque ad terminos *Prussiae* in veram ac perpetuam proprietatem possidendum pleno jure cum omni libertate, totam terram cum aquis aquarumque decursibus, stagnis, paludibus, montibus, vallibus, saltibus, nemoribus, sylvis, arbustis, pratis, pascuis, omnibus cultis et incultis, viis et inviis, cum omnium eorum libera et plena utilitate et fructu, quae in praedictis omnibus sunt vel fuerint inventa, apparentia vel inculta, et specialiter sive aurum, sive argentum vel alia quaecunque species aeris vel metallorum aut gemmarum, fontes vel venae salis, et quicquid omnino in terra vel supra, vel in aquis inventum fuit, castores, et omnes venationes quarumque ferarum; piscationes quoque piscium omnis generis cum ipsis aquis praedictis, et omni eorum proventu et utilitate in piscationibus, navigiis, passagiis, pontibus, molendinis, et insulis cum villis et castris, oppidis, grangiis, foris, monetis, pedagiis teloneis terrarum et aquarum, et omnino cum omnibus continentiis intra limites praedictos, et pleno jure et integra libertate ipsorum etiam limitum, sine qualibet diminutione cum omni honore et jurisdictione, perfecto ac vero Dominio, proprietate, ac possessione omnium praedictorum, et aliorum omnium, quae in privilegiis largitionum in favorabiles quaslibet personas vel loca in favorem, commodum, et cautelam eorum, quibus confertur, conscribi solent aut possunt, *ita ut beneficium meae collationis, largissimam ad omne commodum, honorem, et utilitatem Domus et fratrum eorum recipiat interpretationem. Nihil* prorsus *juris*, utilitatis, Advocatiae, Patronatus vel cujuslibet alterius juris ditionis aut potestatis quocunque nomine censeri possit, vel appellari, mihi haeredibus, vel successoribus meis in omnibus supradictis vel quolibet eorum *retinens* aut *reservans*; sed omnia ea cum libertatibus, et pleno et integro jure, sine omni dolo, fraude, captione; aut captiositate sine

(c) Edidit illud quoque Leibnitius in Prodromo ad Cod. Jur. Gent. Tom. I. et Lunigius l. sup. cit. p. 4.

ſine diminutione cum bona et exuberante fide et largiſſimo intellectu domui, et fratribus memoratis contuli, et collata recognoſco, me haeredes et terram meam obligans, et teneri volens de evictione. Praeterea quidquid de perſonis vel bonis omnium Saracenorum captivatione, depraedatione, extorſione, occupatione vel ſubjugatione mobilium ſive immobilium, terrarum vel aquarum, atque omnium in eis contentorum quolibet modo fratres praedicti adipiſci potuerint, cum omni et integro jure ac libertate ſuperius praemiſſae donationis, nulla prorſus diminutione, coarctatione vel impedimento ipſis a me haeredibus meis, vel quolibet alio, quem nos prohibere vel coarctare poſſumus, praeſtando vel procurando eisdem conceſſi, cum vera proprietate et perfecto dominio quiete poſſidendum: et in hoc conſenſi cum uxoris meae et filiorum meorum, Epiſcoporum, Baronum et Magnatum terrae meae conſenſu contra omnem hominem, ad obſervationem et defenſionem omnium ſupra dictorum, ſecundum omne poſſe, et totas vires meas, eisdem auxilium et conſilium bona fide promittens, omnes haeredes ac ſucceſſores meos et terras meas obligans mecum et adſtringens, ad ratihabitionem, obſervationem, et conſervationem, donationum, conceſſionum, obligationum et promiſſionum omnium ſupra dictarum. Fratres quoque praedicti bona fide repromiſerunt mihi, haeredibusque meis ſecundum DEI honorem et amorem contra *Prutenos* et alios *Saracenos* nobis conterminos terram noſtram impugnantes, quamdiu hoſtes fidei ſunt et inimici cultus Chriſti aſſiſtere, et ſine dolo ac fictione una nobiſcum omni tempore militare. Ne igitur donationes et conceſſiones praedictae celebri dignae memoria, tam utiles, quam neceſſariae; non ſolum ſecuritati fidelium in *Polonia*, qui graves impugnationes et oppreſſiones ab hoſtibus Chriſti jamdudum ſuſtinuerunt, in praeſenti proficientes, verum etiam propagationi et ampliationi SS. Fidei Catholicae etiam ad infideles, quorum exinde ſperatur converſio per DEI gratiam profuturae abeant in oblivionem, aut cujuscunque caliditate, dolo, verſutia, ſiniſtra interpretatione debilitari perverti, frangi, violari valeant, aut irritari vel ſaltem malevola machinatione attemptari, ſed potius piae meae donationes, ſanctae, firmae maneant, et inconvulſae; ad perpetuam praefatorum geſtorum memoriam praeſentem paginam teſtium infra ſcriptione mei, uxoris meae, Epiſcoporum et Magnatum terrae meae ſigillis roborari feci, ac muniri. Acta ſunt in *Cruſvvitz* ante Pontes ab Anno Incarnationis Dominicae milleſimo ducenteſimo trigeſimo, menſe Junii, indictione tertia. Teſtes horum ſunt: *Guntherus* Epiſcopus *Maſſoviae*, *Mislie* * Epiſcopus *Cujaviae*, *Chriſtianus* Epiſcopus *Pruſſiae*, *Arnoldus* Praepoſitus, *Wilhelmus* Decanus, *Pacoslaus* Junior Comes *Dirſchovienſis*, *Nicolaus* Cancellarius, Magiſter *Joannes*, Magiſter Cancellarius, *Georgius* Sub-Cancellarius, et quam plures alii tam Religioſi, quam Saeculares.

Ampliavit hanc eandem Donationem Chriſtianus I. Epiſcopus Pruſſiae prout apparet ex ſequenti inſtrumento.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Amen.

EGo *Chriſtianus* I. *Pruſſiae* Epiſcopus notum eſſe volo univerſis praeſens ſcriptum inſpecturis, quod propter DEUM, et ob defenſionem Sacro-Sanctae Matris noſtrae Eccleſiae, heu! jam bene in partibus illis depopulatae a paganis, videlicet territorio *Chelmenſi* Fratribus de Domo *Teutonica* quidquid habui mihi a Duce *Conrado*, ** vel ab Eccleſia *Plocenſi*, vel empti, libere contuli, ut ipſi mihi, omnibus meis Succeſſoribus ſint parati, contra paganos pugnaturi. Ipſi vero mihi in eodem

* i. e. *Michael.*

** Inſtrumentum Donationis dabit Leibnitius et Lunig. ll. cit. datum eſt in Lonyſ. 1222. Non. Auguſti. Doctiſſimus Lengnich in Biblioth. Polonica, n. IV. per IVS DVCALE intelligit inibi *Dominium* directum.

eodem territorio jam ſupra dicto contulerunt de omni aratro unam menſuram tritici, et aliam ſiliginis, et ducenta aratra et quinque hologi annum, quodque de quoque aratro cum omni utilitate. Teſtes autem hujus donationis et promiſſi: *Henricus* Abbas de *Lucca*; Frater H. *Sacerdos*; Frater H. Converſus; Fratres milites Chriſti; *Andreas Goz*, caeterique quam plures. *Alexander* Sacerdos, Cives *Albertus Scultetus*, *Mauritius*, *Hildebrand*, et quam plures. Et ut haec permaneant inconvulſa, ſigillorum noſtrorum praemunivimus appenſione. Acta Incarnationis Dominicae Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo.

His rite perceptis *Sanctiſſimus Pater et Dominus Gregorius IX. Papa - - -* omnem Ordinationem *cum Fratribus Domus Theutonicae tanquam rite et rationabiliter factam in nomine Domini confirmavit* (d) et non ita multo poſt Cruciatam (ita vulgo dicunt) contra Prutenos Idololatras decrevit, quam plures finitimorum Principum cum copiis ſuis ſectabantur. Dum haec geruntur, exaedificato per Conradum Maſſoviae Ducem pro Fratribus Ordinis Teutonici Caſtro Vogelſang prima Fratrum in Boruſſia ſede, Hermannus primum Magiſtrum Pruſſiae Hermannum de Balke, poſt haec in Livoniam translatum (e), conſtituit, et praeterea Thorunium Anno 1231, Inſula S. Mariae (vulgo Marienvverder) et Caſtrum de Redino et Culma 1233. cum pluribus aliis conſtructa; quaedam item hoſtium propugnacula expugnata, diruta; Pruteni circa annum 1233. caeſis in Territorio Reyſen quinque ſuorum millibus e Terra Culmenſi eliminati; Pomeſani, Pogeſani, aliaeque gentium inimicarum ſubjugati fuere (f). Nihilominus haec inter proſpera, *voluptati ut maeror comes conſequatur* (g), Hermannus non numquam deguſtavit. Praecipuam huic anſam dedit Svventopelcus Pomeraniae Dux Hermanni noſtri antehac in Boruſſos ſocius, qui priorum factorum laudem invidia obtinuit. Is cum Boruſſis paullo ante converſis de Fratribus Domus Teutonicae ejiciendis foedus ad Annum Dom. 1242. pepigit, reque ipſa violentum animum iramque ſuam in Ordinem, ejusque bona et homines saepicule exercuit: parum ipſi fuit Fratres, quos deprehenderat, ſpoliare, occidendi fuerant; atque ita et eorum negotia, et ſubvectionem annonae ad loca illorum interturbavit (h) Innocentius Papa IV. „*A. D. 1243. intelligens ex clamoſa inſinuatio- „ne Fratris Hermanni de Saltza - - novellam plantationem fidei in terra Pruſchiae no- „tabiliter deficere per tyrannidem Svantopelii Ducis praedicti*„ (i) Wilhelmum (Mutinenſem primo Epiſcopum, deinde ſub Alexandri IV. nomine ſummum Pontificem) in Boruſſiam ablegavit, ut ille (praeterquam quod dictam terram Ordini etiamnum

ex

(d) Verba Dusburgenſis p. 39.

(e) Vid. Notam (†) ſup. Hermanni in Magiſtratu Succeſſores accuratus noſter Hartknochius ſequentes enumerat. Poppo de Oſterna. 1238. Henricus de Wida. 1246. Ludovicus de Queden. 1250. Gerhardus de Hirzberg. 1251. Hartmannus de Kali. Hartmannus de Grunbach (hunc eumdem forte cum priore eſſe ſuſpicatur) 1256. Helmericus de Reichenberg. 1262. Ludovicus de Baldersheim. 1265. Theodoricus de Gattersleben. 1271. Conradus a Tierberg. 1277. Conradus de Veuchtvvangen. 1279. Mangoldus de Sternberg. 1280. Conradus de Tirbergk Junior. 1282. Menko de Querevvorde. 1288. Ludevicus de Scipe. 1299. Helvicus de Goldbach. 1300. Conradus Saccus. 1301. Heinricus de Plotzke ultimus hujus dignitatis. Ad hoc uſque tempus Pruſſiae nomine Magiſtri Generalis praefuit Magiſter Provincialis, cui adjunctus fuit Marſcalcus Ordinis, ſed Sede. Magiſtri Generalis in Pruſſiam translata Commendatores Magni Magiſtris Provincialibus ſucceſſere. Hunc Magiſtrorum Catalogum Hartknochius in Alt und Neu Preuſſen p. II. pag. 244. exhibet, quem ego, quod ad nomina Chronologiaeque rationem, cum relatu Petri Duisburgenſis collatum nonnihil ad limam revocavi.

(f) Referente Dusburgenſi.

(g) Plautus in Amphitr.

(h) Petrus Dusb. p. 119. Ubi incidenter nomine *Pruthenorum* nunc memoratas mox ſuperius gentes generatim, nunc *Pruſſos* ſpeciatim venire notandum eſt.

(i) Verba Petri Dusb. p. 121.

ex toto non subjectam in quatuor Episcopatus, Culmensem, Pomesaniensem, Warmiensem et Sambiensem partiretur (k)) Svantopelcum ab instituto dehortaretur, qui Wilhelmus, dum surdo praedicare sese perspiceret, Cruciatam contra hunc Tyrannum indixit: sed ille hinc magis exardecens, Bruthenos in fide adhuc tum Tyrones (ut horum genus plerumque magis ad lapsum propendet) contra Equites Teutonicos excitavit, quibus coactis terras ordini subditas ingressus, Christianos ibi omnes, qui ex Germania huc in subsidium advolaverant, pariter et Fratrem Conradum de Tremonia Equitem Teutonicum, pietate et rei bellicae peritia insignem, interfecit, feminas et infantes in vincula conjecit, Castra omnia praeter Balgam, Elbingum, Thornumium, Culmam et Redinum, evertit, et incolarum plures, quam 4000. occidit, *sic quod tota terra Pruschiae videbatur Christianorum sanguine rubricuen* (l).

V. *Henricus de Hohenloe.*

Hisce adversitatibus immortuus est Hermannus noster (et quidem, teste Calendario Ordinis, vigesima Martii (m)) Principatum Fratri Henrico de Hohenloe relinquens, cui Elbingenses primum suum privilegium 1246. acceptum referunt, hocce Magistri titulo, singulari plane, conspicuum: *Frater Henricus de Hohenloe Hospitalis S. Mariae Teutonicorum Hierusalem minister humilis.* Sigillum ita circumscribitur: *S. Magistri Hospitalis S. Mariae Teutonici*, (n) caeterum nihil de ipsius gestis memoriae proditum est, nisi quod Conradus Hess (o) de eo commemorat, ex quo haec transcribimus. *Henricus ab Hohenloe ex linea Bruneck cum Fratre germano Andrea in Palestinu A. D. 1220. Ordine investitus, Primus ex post per Germaniam Magister Provincialis, defuncto Generali Ordinis Magistro proximus in M. Magisterio successit, Heroicis Praedecessoris sui vestigiis insistens, Svantepolium Pomeraniae Ducem, qui Ermlandiam misere devastaverat, justo praelio vicit, et in ejus castro Schartovviz per Ordinis Mareschallum Dietericum a Bernsheim in vigiliis S. Barbarae A. 1143. occupato, praedictae Virginis caput per singulare miraculum invenit*, (p) *a Friderico II. per Speciale Privilegium*,

(D) 2

(k) Vid. hujus Guilielmi Bullam apud Hartknoch. ad Dusburg. p. 477. Vid. etiam Hartknoch. in Dissert. p. 213. etc.

(l) Idem p. 125.

(m) Calendar. Ordinis apud Bayer. in vita Hermanni: *XX. Martii O. Fr. Hermannus de Salza Magister IV.* Petrus Duisb. Anniversarii forte diem in fastis emortualibus XI. Kal. Augusti deprehenderit. Annus hic determinari non potest, ita in varia abeunt Scriptores. Vid. Hartknoch. ad Dusb. p. 27. et in Alt und Neu Preussen p. 280. Ego ex Dusburgensi, quem posteriores vel exscripserunt, vel sine fundamento saepicule deseruere, certum esse existumo illum ad haec tempora vivis interfuisse. Superest in Domo Teutonica Viennensi exemplum Effigiei, quam Jacobus de Salza Episcopus Vratislaviensis, 1539. mortuus, cum Fratre Wigando, Canonico ibidem, depingi curavit, et Monasterium Leobusiense in Silesia etiamnum adservat. Capiti Hermanni haec verba imminent: *Hermannus de Saltza Ord. Militiae Teutonicorum Magister primus sacrae Domus vexilla in Brussiam victor traduxit* 1223. in infima picturae parte legitur:

Transivi intrepidus per mille pericula Victor:
Non acies ferri, non vastis moenia fossis.
Conatus tenuere meos, domat omnia virtus.

(n) Vide Hartknochium fortiter hunc locum Henrico vindicantem in Alt und Neu Preussen. p. II. pag. 281. et in add. ad partem II. pag. 282. ex Charta Henrici nostri A. 1246. data cum solito tam Magistrorum titulo clare asserentem.

(o) Autor Clarissimus Discursui suo inaugurali Historico-Politico-Publico-Juridico vitas Magnorum Magistrorum O. Teuton. praemisit, multaque ibi protulit, ab aliis antea non dicta; liberum enim accessum ad Archivium Mergentheimense habuit, ubi Pater ejus Cancellarii O. T. munere praeclare fungitur.

(p) Hanc historiam suse prosequitur Dusburgensis p. 126. annum tamen non addit: potest tamen haec relatio cum Duisburg: conciliari, si mox post mortem Hermanni hoc contigisse dixeris. Est haec periodus Hist. Ord. Teut. et Prussicae, in quo ipsis, qui de Prussia scripsere, aqua haeret, fontes interarescunt, aut sine notis Chronologicis, quae successu plurium annorum evenere, uno quasi intuitu spectanda praebent.

legiam, A. 1245. Veronae datum, ad exemplum Borussiae, gentiles pariter Curlandiorum et Samogitarum terras sub Monarchia Imperii velut vetera et debita ejusdem jura sitas ingrediendi et occupandi licentiam obtinuit (q) - *et cum Sedes Principalis in Borussia necdum stabilis esset, reversus in Germaniam ad patrium solum nempe Mergenthemium ad Tuberam* (r) *in Franconia Domum, modernam Magni Magistri Principalem residentiam, quam ipsi jam ante suum in Palaestinam discessum Ordini benigne contulerat, sibi ad dies vitae in residentiam, et post obitum in sepulcrum elegit, ubi etiam XV. Idus Junii pie obiit. Cadaver in Sacello aulico sepultum.*

VI. *Conradus Landgravius Thuringiae.* Conradus Landgravius Thuringiae regimen posthac suscepit, qui cum Svantepolcus, posteaquam Fratres adjuvante Casimiro Duce Poloniae et Boleslao Duce Calissiensi (s) magnos in Pomerania fecissent progressus, pacem composuit, Mestovvinum natu maximum, Winarum Burggravium, et Woyac exercitus sui Ducem obsides dedit, et vicissim omnes suorum captivos recepit. Verum (t) homo Euripius in vetus illud suum pessimumque ingenium quamprimum remigravit. Valido Prussorum et Sudovvitarum, quos ad seditionem iterum incitarat, exercitu comparato Rensen paludem Culmae conterminam transire parabat: resciverat hoc Theodericus a Bernsheim supra memoratus, et quum hostes ad dimidios paludem transmisissent, cum quadringentis Domus Teutonico-Culmensis Fratribus illos adgressus partem occidit, partem in fugam convertit. Haud ita longe quatuor infidelium millia aberant, qui dum suorum cladem et exiguum Equitum Teutonicorum numerum animadvertunt, in hosce involant, omnes eorum cum Marschalco ad decem internecione delent, et trajecta deinde cum Duce Svantepolco Vistula terram Culmensem pro more suo vastant, diripiunt. Sed conversa subito fortuna est: Culmenses siquidem instauratis viribus Svantepolci extrema minitantis copias incredibili cum virtute aggrediuntur. Non sustinuere horum impetum Seditiosi, atque adeo naves in Vistula relictas repetunt: at eas ventus validissimus a littore removerat; hinc desperabundi flumen tranare contendunt, in quo dum salutem quaerunt, majorem partem tumulum invenere. Haec clades et adventus porro Popponis de Osterna Prussiae Magistri, cum quibusdam ex Marchia, Misnia et Thuringia Fratribus, subsidia triginta Equitum Sagittariorum a Duce Austriae (apud quem filium Svantepolci obsidem FF. Teutonici deposuerant) submissa effecerunt, ut pacem iterum simularet Svantepolcus. Mox aperto rursus marte Cujaviam adortus, rapinis ac caedibus horrendum inibi desaeviit, filium pacis caussa oppignoratum repetiit, eoque negato Santirium arcem, ut Vistulae et Nogadi fluviorum usum Fratrum subditis adimeret, aliam item e regione Culmae, Svvecza dictam (cui Poppo munimentum Potterberg ad civitatem Culmensem opposuit) exaedificavit; infelicior tum in Elbinga oppi-

(q) Caeterum hujus tempore quidam sub habitu Ordinis Teutonici eleemosynas collegere, quos singulari bulla (Vid. P. II. n. VII.) Innocentius IV. insectatus est. Ab ipso quoque Clero magna persecutionum vis in Fratres Ord. T. ingruebat. Vid. P. II. n. III. V. X. XI. XII. XVI. etc.

(r) *Merge* priscis *Maria* inde *Mergentheim Domus* S. *Mariae*, *haim* enim *domus*.

(s) Hartknoch. ad Dusb. p. 137.

(t) Diversus plane ab hujus indole Frater, nomine Samborius, mitissimi ingenii homo et Ordini Teutonico addictissimus fuit, quam ob caussam Fratres in Capitulo pro ejus anima perpetuo orabant, quas preces hunc in modum praeibat Sacerdos: *Auch helfft mir ze gedenken Hertzogen Levvpoltz von Osterreich, und Hertzogen Chunrats von der Nasszavv, and Hertzogen Sambers von Pomeran, di uns ir almusen mildiklichen habent gebens* ex MS. vetustissimo de Samborio V. Duisburg. passim. Fuit etiam Samborius Filius Svantepolci amicus Ordinis, de quo Duisburg. p. 146. Sed non adducor, ut de hoc praedicta intelligenda esse, existumem, nam vero est similius Fratrem Sventopalci eleemosynas Ordini dedisse, Filium vivo Patre, eoque averso, non potuisse, interea utriusque benevolentia in O. T. magnas huic turbas dedit. Vid. Dusburg. p. 287.

opprimenda (hanc viris abſentibus feminae raro exemplo propugnarunt) tum in duobus illis conflictibus, in quibus Pomeranorum tria millia periere (u). Quam ob cauſſam pacem tertio (x) petiit Svantepolcus et obtinuit (communioni etiam Eccleſiae poſt hoc redditus (y)) quam tamen non ita poſt tertium violavit. Nimirum Henricus de Wida Popponis Succeſſor in Magiſtratu Pruſſiae (z) Caſtrum Chriſtburg Pomeranorum ipſo, qui Nativitatem Salvatoris antecedit, die expugnavit; hoc limis oculis ſpectavit Svantepolcus, et, ut belli anſam arriperet, filium denuo repoſcit: repulſam tulit. Ille igitur iterato in Cujaviam ſe ſuperfundere; caedibus, incendiis illam vexare, latrocinari undequaque; Caſtrum Chriſtburg, Fratribus Cuſtodibus contrucidatis recuperare. Vario porro marte pugnatum eſt. Ad propugnaculum Chriſtburg (alibi a Fratribus extructum) Prutheni cum Pomeranis impedimentorum et hominum ſuorum jacturam fecerunt: at contra in Nattangia A. Dom. 1249. (a) quatuor ſupra quinquaginta Fratres a foedifragis Prutenis atrociter ſunt interfecti. Tandem Brandenburgenſis Marchio A. D. 1251, et poſt hunc Epiſcopus Merſeburgenſis cum Heinrico de Schvvartzburg, (b) cum validiſſimo exercitu, edomandorum toties perduellium Apoſtatarum cauſſa, in Pruſſiam ſe contulerunt. Igne, ferro, rapina in Pomeſanos, Warmienſes, Natangos, Barthos, eorumque ſocios ſaevitum fuit: donicum attermati tantis malis et verae fidei ſe ſubmittentes in jus ditionemque Ordinis Teutonico-Equeſtris ſolide conceſſerunt. Sed et Svantepolcus hunc in modum fractis viribus pacem cum Ordine ſtabilivit nullo poſthac tempore violandam. Hunc finem bellum 11. annis (c) ad internecionem geſtum ſortiebatur. Succeſſit quidem aliud cum Sambitis, ſed hoc, quod poſtea ſerio erupit, infra commemorabitur: nunc ipſius Duisburgenſis verbis exemplum proferam, quo nonſolum Germanos, verum exteros quoque nonnunquam, ob magna in Ordinem Teutonicum merita, in hunc adoptatos fuiſſe, manifeſtum fiat. *Non longe poſtea* (infit ille pag. 159.) *deficientibus victualibus in Caſtris Fratres cum familia ſua jam pene media conſumpti clamaverunt pro auxilio ad Dominum, qui pia ſemper geſtat viſcera ſuper afflictos. Unde cujusdam nobilis viri* (Jo. Sandomirski in Chronico quodam Wallenrodiano adpellatur) *de Cracovia ad religionis ingreſſum animum inclinavit, qui tres magnas naves vino et medone, ſeu Mellicrato et aliis, quae ad victum*

(u) Adſuere in ſecundo praelio inter alios Druſigerus Dapifer Ducis Auſtriae et Henricus de Lichtenſtein Miles. Magnum huic elogium Dusburgenſis p. 156. narratio vindicat; ſed alter timoris arguitur.

(x) Bis pacem iniiſſe putat Hartknochius, ſed ex Dusburgenſis p. III. c. 39. 44. et 55. ter id contigiſſe conſtat.

(y) Bzovius Tom. III. Annalium ad A. 1244. qui tamen in Chronologia mecum, ut et Hartknochius non convenit: Syſtema meum Dusburgii nititur auctoritate.

(z) Hic de licentia Uxoris ſuae habitum FF. Domus Teutonicae ſuſcepit, ipſa vero in monaſterium Sanctimonialium Tronſivvicenſe intravit, quod idem Henricus inſtituit et fundavit. Dusburg. p. 158.

(a) In Chron. Dusb. legitur 1259, ſed manifeſto librarii errore, quod conſequentia temporis in cap. ſequ. demonſtrat, facit etiam mecum Waiſſelius p. 76. Cl. Braunio in Bibl. Script. Polon. et Pruſſ. ideo laudatus, *quod rariſſimis jam exemplaribus MSS. antiquorum Chronicorum reliquiis, ea quorum copiam habuit, nobis typis expreſſa conſervare voluerit.*

(b) In Dusburg. iterato forte librarii errore, Sitarsburch. nos Jeroſchinum, qui Duisburgenſem Germanicis Rythmis circa A. 1340. reddidit, ſequimur de quo MS. videndus etiam Lud. Petr. Giovanni in Germ. Princ. p. 144. Hoc anno celebre illud *Culmenſe privilegium*, Culmenſibus 1233. ab Hermanno de Salza datum, per Eberhardum de Segne *Praeceptorem* O. T. per Alemanniam et Vicesgerentem Magiſtri Generalis per Livoniam et Pruſſiam confirmatum fuit. Videſis ipſum privilegium apud Hartknoch. ad Dusburg. p. 453. quod Teſte Cl. D. Jac. Henrico Zerneken (*Vide gelehrt-Preuſſen p. 3. menſ. Oct. p. 5.*) lapſu temporis per univerſam Pruſſiam *juris Provincialis* locum *obtinuit.*

ctum sunt necessaria replens et 300. boves et vaccas, et alia jumenta praemisit ad Castrum Thorun, sequutusque cum magna reverentia est receptus et Ordinis Domus Teutonicae suscepit habitum regularem.

Rebus ita constitutis Conradus Magister Generalis debitum naturae solvit, (id Anno Dom. 1253. contigisse Hartknochius et Hessus referunt, Waichelius 1252. evenisse tradit) qui S. Elisabetham (Fratris sui conjugem A. 1236. in Sanctorum concilio collocatam) in tuendi Ordinis Teutonico-Equestris partem vocavit (c), Marpurgi in templo ordinis dein tumulatus.

SECTIO III.

Exponuntur ea, quae in Ordine Teutonico-Equestri ad A. 1297. contigerunt.

VII. *Poppo de Osterna.* Poppone de Osterna, Magistro quondam Borussiae Provinciali, nunc post Conradum in generalem Ord. Teutonico-equestris Magistrum electo Sambitae Ordini restituendi erant. Henricus Stango jam anno circiter 1250 (a), Commendatoris tum munere functus, annuente Provinciali Prussiae, Sambiam hostiliter invasit, sed a Sambitis paullo post cum Fr. Hermanno Germano suo in acie interfectus est. Ergo, quo citius hanc gentem, quae jugum perpetim jactabat, Fratres in potestatem reducerent, Ottocarus Bohemiae Rex, Dux Austriae (b), et Marchio Moraviae, Otto Marchio Brandeburgensis ejus in hoc itinere Mareschallus (c), Tilemannus Landgravius Thuringiae (d), Henricus Coloniensis, Anshelmus (e) Warmiensis, Bruno Olomucensis (f), Praesules, *cum ingenti multitudine peregrinorum, et de Saxonia, Thuringia, Misna, Austria et Rheno et aliis Almanniae partibus, Barones, Milites, et Nobiles* (g) cum exercitu 60000. et ultra suorum in auxilium advolantes, brevi temporis spatio Terras Sambitarum *Medenau, Rudovv, Quedenov, Waldovv, Caym et Tapiow* (h), immo universam Sambiam victricibus armis subdomuerunt. Tali bello foeliciter confecto Ottocarus cum suis reversus est, dato prius Fratribus consilio et sumtibus magnam partem suppeditatis, ut in monte, ad cujus radices expeditionis suae finem ille fecerat, Castrum extruerent hostibus

(c) Hess. L. cit.

(a) Hartknoch. in A. und N. Preussen. p. 281.

(b) Hartknochius in A. und N. Pr. p. 287. Schütz. Pruss. Chron. L. I. fol. 27. ex *Rege Bohemiae, Duce Austriae*, et *Marchione Moraviae*, tres fingunt Personas (a Dusburgensi forte seducti) quas tamen omnes unus gessit Ottocarus (v. Cuspin. in Austr. p. 44. et alii). Sed Ducem Austriae Fridericum nuncupant, praeter bellicosum et ultimum Babenbergensis Prosapiae, et Fridericum Neapoli decollatum, nullum ego Fridericum Austriae Ducem circa haec tempora scio: at ille ex communi historicorum consensu A. 1246. naturae concessit, hic ad A. 1254. (quo teste Dusburg. p. 173. haec agebantur) nec ex ephebis excesserat. Vid. Sall. Malesp. apud Baluz. Miscell. T. VI. L. IV. c. 1. p. 285. ubi ita habet: *Corradinus una cum filio Ducis Austriae quodam modo sibi AEQVAEVO* etc. quem Conradinum 1252. natum fuisse Chronicon Augustense ad A. 1252, refert. Vid. Hahn in Reichs-Historie. l. IV. pag. 237.

(c) Dusburgens. l. cit.

(d) Schütze l. cit.

(e) Jeroschinus.

(f) Vid. Catal. Episc. Olomuc.

(g) Verba Dusburg. l. cit.

(h) Vid. Eumdem. l. c.

hoſtibus coercendis aptum (i). Illi et hoc anno inſequenti effectum dederunt, et arcem ab hoc caſu Regismontem (vulgo Kunigsberch) denominarunt: ſed Scalovvitae, Sudovvitae, Nadovvitae, vicini Sambiae populi, ne par ipſos cum Sambitis factum maneret, contra illam in ora Nadruviae propugnaculum Wilovv conſtituerunt. Hoc brevi Tirſconis Arcis praefecti, poſteaquam Idololatriae renunciaſſet, opera, una cum Caſtris Capoſtete, Ochtolite, Unſatrapis, Gundovv et Angetete (incolis trium poſteriorum ad fidem veram perductis) in manus fratrum pervenit (k).

Anno 1255, dum haec conſiebant, Joannes Marchio Brandeburgenſis in Pruſſiam cum exercitu venit, ſed ipſa temporis injuria (nam in hyeme advenerat) praepeditus, re infecta redire debuit, nihilque praeter ſuam in Ordinem benevolentiam potuit oſtendere. Eodem Anno Mendovve Lithuaniae Regulus Andreae de Stukland Livoniae Magiſtro ſuam adverſus rem Chriſtianam voluntatem aperuit: Sacroſancto dein Chriſtianorum ritu ablutus, ab eodem Magiſtro, nomine Alexandri IV. Papae, una cum Martha conjuge regia corona ornatus fuit (l); rediit tamen ad ingenium homo perfidus, et ſacris, quae tum forte metu Ordinis Teutonici in Pruſſia invaleſcentis ſuſceperat, deſertis, non donationem duntaxat quarumdam terrarum Ordini a ſe factam reſcidit, verum etiam multis hunc vexationibus inceſſivit (m). Interea extructum 1259. a Fratre Burchardo de Hornhuſen (antea Regiomonti Commendatore, nunc Magiſtro Livoniae) ſuper montem S. Georgii in terra Carſoviae Propugnaculum, Lithuanos, eorumque finitimos (nam his tum ex parte Pruſſiae tum ex Curoniae parte cohibendis deſtinatum erat) excitavit, ut A. 1260. (n) quatuor eorum millia in Curoniae et regionem et incolas, mirum quantum debuccharentur. Fratres his perceptis cum ſuis ex Livonia, Pruſſia, Curonia copiis et Suppetiis Regis Daniae (o) Revalienſibus turmas hoſtium inveſtigunt, in agro Curonenſi ad oram fluminis Dobrin aſſequuntur, ipſo die S. Margarethae ſacro cum ipſis arma, ſed invito Marte, conferunt. Defecere ipſa in acie Curonenſes (p) et Ordinis Teutonici exercitum, dum is frontem hoſtibus obverteret, averſum invaſerunt: inde tantam hi cladem accepere, ut Fr. Burchardus Livoniae Magiſter, Fr. Henricus Botel Pruſſiae Marſchalcus et 150. Ordinis Equites Fratres ab hoſtibus ceciderint; gregariorum vero interfectorum numerus ferme iniri nequiverit. Secutum eſt (*ut fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel*) unum ex alio malum: ſcilicet Pruthenorum, Sambitarum, Nactangorum, Warmienſium, Pogeſanorum et Bartho-

(E) 2 rum

(i) Hoc Auguſtin. Kehrberger de Civitate Regiomontana in Nova-Marchia intelligit Vid. in Deſcript. Illius Urbis edit. II. p. 2. Sed luce meridiana clarius fit ex Dusburgenſ. verbis c. 70. 71. 72., Regiomontem Caput Pruſſiae Brandeburgicae, Univerſitate celebrem, fluvio Pregel (cujus ſub nomine Prigorae ap. Dusburg. c. 101. fit mentio) adjacentem in honorem Ottocari extructam eſſe, favet Hartknochius ad Dusburg. loca citata, Henneberg. in Chron. p. 168. et alii.

(k) Dusburg. p. 179. et 180.

(l) Waiſſelius in Chronica p. 74.

(m) L. Schurtzfleiſch. in Hiſt. Enſifer. p. 200. et 204.

(n) Ex Dusburg. p. 185. et ſeqq.

(o) Dusburg. habet, Daciae, ſed Aeſtoniam Livoniae provinciam Daniae jam a Canuto Rege ſubditam fuiſſe, legitur apud Jo. Iſac. Pontanum Rerum Danicarum L. VI. ad A. 1196. Eſt autem Revalia (Ruſſis Kalivvan.) etiamnum caput Aeſtoniae. Hartknoch. ad Dusburg. p. 395, per Daciam eorum temporum Scriptores Daniam intelligere, ait et probat.

(p) Cur Curonenſium animi a Chriſtianis avulſi fuerint, cauſſam ita exponit Dusburg. p. 186. „*venerunt Curonenſes petentes humiliter, quod ſi Deus daret Chriſtianis victoriam, et* „*tunc eis mulieres et parvuli liberi redderentur: quorum precibus licet Fratres ſatis fuerant in-* „*clinati, communis tum Populus Pruſchiae et Livoniae contradixit aſſerens, quod de captivis* „*eorum fieret ſecundum conſuetudinem in bello hactenus obſervatam; et quare Curonenſes tan-* „*tam conceperunt indignationem contra fidem etc.*„ nimirum non plurimorum ſed ſaniorum conſilia ſuccedunt.

rum defectio, altera de Fratribus et Sociis A. 1261.(q) obtenta victoria, Castri Helisbergensis ad Episcopum Warmiensem attinentis et arcis Reselae eversio, et, quae non alia, funestae prioris cladis consequentiae fuerunt. Nec magis in Germania Fratribus Teutonici Ordinis fortuna pepercerat, quibus dum Hartmannus Augustae Vindelicorum Episcopus habitaculum offert, Capitulum Augustanum praepedimentum injecit (r): monumenta a nobis mox adducenda rem explicatiorem dabunt.

I.

Bulla Alexandri P. M.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Episcopo *Augustensi* Salutem et Apostolicam Benedictionem. Significasti nobis, quod Ecclesia *Sanctae Crucis* juxta muros Civitatis *Augustensis* Ord. *S. Augustini* tum propter guerrarum discrimina, quae in partibus illis invaluisse noscuntur, tum propter incuriam habitantium in eadem adeò est in spiritualibus et temporalibus deformata, quod vix aut nunquam per se ipsam adjicere poterit, ut resurgat: quare petebas à Nobis, ut cum dilecti filii *Fratres Hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Jerosolymitan.* observantiae Regulari, piisque intenti operibus, ac in supradictis partibus tali potentia fulti existant, quod Eadem Ecclesia *S. Crucis* per fratres ipsos in dictis partibus constitutos citò poterit in statum exurgere salutarem, ipsamque reformari de praefati hospitalis Ordine facientes, eam jam dicto unire Ordini ac Regimini dictorum fratrum committere in perpetuum Curaremus. Nos itaque de tua circumspectione confisi praesentium tibi auctoritate committimus, quatenùs super praemissis provideas, prout secundùm Deum utilitati ejusdem Ecclesiae videris expedire, Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Datum *Laterani* VII. Calend. Februarii. Pontificatus nostri anno VII.

II.

Supplicatio Capituli Cathedralis Augustensis.

Sanctissimo Patri ac Domino *Alexandro* SS. Romanae Ecclesiae summo et universali Pontifici, Decanus totumque Capitulum Ecclesiae *Augustensis* cum omnimoda subjectionis Reverentiâ devotissima pedum oscula beatorum. Intelleximus, quod fratres Ordinis Domûs *Theutonicorum* in Ecclesia *S. Crucis* apud *Augustam* in nostrae Ecclesiae fundo sitae, et à suae fundationis tempore nobis censuali collegio Ordinis *S. Augustini* ibidem *Domino nunc et multis temporibus retroactis devotissimè famulante*, dispersione misera profugati proponunt suam fabricam erigere mansionis, asserentes super hoc auctoritatem vestrae Clementiae se habere. Unde cum factum hujusmodi in nostrum praejudicium cedere clariùs dignoscitur, et dicti Collegii animarum discrimen, nisi vestrae praeveniat auxilium Sanctitatis, unde vestrae Paternitatis pedibus provoluti humiliter supplicamus, quatenus de vestra benignitate solita nobis gratiam facere specialem, si quae de vestra plenitudine super his in nostrum praejudicium litterae emanarunt, illas dignemini misericorditer revocare, cum Fratres praedictos nostrum consensum penitus et affectum

super

(q) Advenerant in auxilium hoc anno Dn. de Reyder cum multis Germaniae nobilibus (maximam partem postea cum ipso ab infidelibus occisis) et Comes de Barbye cum suis item a Sambitis repulsus. Nobilem quemdam dictum Hirzhals Burgensem de Megdenburg Diis suis Idololatrae immolarunt. Vid. Dusburg. p. 193.

(r) Cl. P. Khamm in Hierarch. Augustana p. III. Regul. p. 392.

ſuper praedictis omnibus non habere in Veſtrae Sanctitatis Curia declaratione praeſentium veraciter proteſtemur. Datum *Auguſtae* VI. idus Maji Anno Domini M. CC. LXI.

III.

Bulla Hartmanni Epiſcopi Auguſtenſis.

H*artmannus* Dei gratia Eccleſiae *Auguſtenſis* Epiſcopus univerſis praeſentium inſpectoribus Salutem in Chriſto Jeſu. Noverint univerſi, quod litteras Domini Papae in hunc modum receperimus. *Alexander Epiſcopus Servus etc. Videatur Bulla I. ſupra ſcripta, quae hic eſt inſerta. Pontificatus noſtri anno VII.* Nos igitur ex hac Commiſſione ſolliciti, quid ad utilitatem dictae Eccleſiae *S. Crucis* foret agendum, hinc inde apud prudentes inveſtigavimus diligenter: cumque tandem multos, praeſertim Capitulum noſtrum, et quam plurimos Miniſterialium, ac Civium noſtrorum ad reformandam tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus praefatam *S. Crucis* Eccleſiam pronos invenerimus, conſilio, auxilio, et favore utpotè dolentes, ſi tam nobile membrum ab obedientia Matricis Eccleſiae noſtrae debita ex antiquo deberet abſolvi, et ad exemptionis tradi perpetuam libertatem in grave et intolerabile ipſius Eccleſiae noſtrae diſpendium Juris pariter, et honoris, ex pio eorum affectu comperimus quod ipſis in hoc cohaerentibus ſine dictorum Fratrum Regimine eadem *S. Crucis* Eccleſia, ipſorum Fratrum Ordini etiam non unita, poſſet ſtatum reſumere ſalutarem, et per Eccleſiae noſtrae, à qua fundata primitus et nutrita, defenſionem continuam, de die in diem in melius reformari: de aequitate Sedis Apoſtolicae (quae Cathedralium Eccleſiarum et Diaecoeſanorum jura non vult minui, ſeu laedi) Confidentes, inſpectu etiam utilitate ſaepedictae Eccleſiae Sanctae *Crucis* auctoritate ſuper hoc nobis conceſſa, eandem Sanctae *Crucis* Eccleſiam in Ordine B. *Auguſtini* ſententialiter decernimus permanere, et in ea habitum et Regulam ab antiquo receptam inviolabiliter obſervari. In quorum evidens teſtimonium et perpetuam firmitatem praeſentes ſuper his confectas, noſtro et Capituli noſtri Sigillis munivimus valituras. Acta ſunt autem haec coram Capitulo noſtro *Auguſtenſ.* Anno Domini M. CC. LXI. Non. Aug. In dict. 3.

Faventiorem ſe annus 1262. exhibuit, dum Wilhelmum Comitem de Juliaco (s) et Engelbertum Comitem de Marcha (t) cum validiſſima manu in Pruſſiam adduxit. Hi XXII. Januarii (eodem die quo anno elapſo Fratres in Pokarvviz caeſi ſunt) non procul a Regismonte 3000. et ultra Sambitarum, Pruthenorum, aliorumque in ore gladii interfecerunt. Conabuntur quidem poſt hoc hoſtes id propugnaculum omni commeatu privare; cui ſini pontem in flumine Prigora firma utrinque turri munitum fecerant: praeterea Henricus Monte Natangiorum Ductor idem Apoſtata, ad illud expugnandum acceſſerat; ſed pontem Fratres noſtri occupavere, et Henricus ſuſcepto vulnere labefactus receſſit. Paullo poſt alteram in Territorio Pubeten, praeeunte viro ſtrenuo ac manu prompto Fr. Henrico Ullenbuſch, deinde in Agro Bethen tertiam cladem Sambitae perpeſſi, herbam porrexerunt. Et obtinuere pacem: nihilo tamen minus fuere ex iisdem Rinovienſes, qui Viſchuſen Epiſcopi Sambienſis arcem adoriri tentarunt; Fratres autem Regiomontani aſſumtis probatioris fidei Sambitis, quicquid erat Rinovienſium, ferro et incendiis penitus conſumpſerunt. Ita cuivis, quod ſibi intrivit, exedendum. Hac ipſa tempeſtate munimenta Tapiau et Wiklantfort (dein Lokſtetten) ad anteverten-dam

(s) Erichius in der Jülichiſchen Chronic L. V. fol. 245.
(t) Dusburg. p. 197. et ſeqq.

dam incolarum perfidiam aedificata: contra vero castrum Girdau et Weistote-Pila, ob ferocem hostium incursum amplius haud ferendum, diruta fuere, postea deserta, geminumque huic fatum A. 1263. Arces Wiesenburg et Cruceburg, Fratrum sanguine madefacta, subiverunt. Tandem confectus aevo, annorum insuper aeque ac meritorum plenus Poppo de Osterna abdicavit Magistratum (u); quem Haymo vel Anno de Sangerhausen e Ducibus Brunsvicensibus (x), Commendator quondam Althusiensis in terra Culmensi (y), Provincialis Livoniae, dignus omnium suffragio judicatus (z), capessivit. Tum Equites Teutonici Pruthenorum Bartensteinense Castrum circumsedentium ad mille et ducentos enecuerunt: dulcis sane victoria, nisi tum ex Marschalci caede, tum ex necessaria praedicti Castri 1264. desertione, tum ex illata hoc anno per Henricum Monte ingenti clade (in qua cum toto fere Christianorum exercitu Magister Prussiae, Fr. Theodoricus Marschalcus et 40. Fratrum mortem subierant) amarorem cepisset. Turbulenta adeo Fratrum sors in animos Principum Christianorum altius descendit: eapropter An. Dom. 1265. Albertus (a) Brunsvicensium Dux et Thuringiae Landgravius, A. 1266. Otto Pius (b) Marchio Brandenburgensis cum filio et Germano, et A. 1268. Ottocarus Rex Bohemiae, ut periclitantibus Ordinis rebus dextras porrigerent, Prussiam petiverunt; sed coeli intemperies effecit, ut optatos instituti sui exitus non assequerentur, nisi forte, quod Marchio Brandeburgensis ibidem *aedificavit Castrum Brandeburg et a nomine Marchionatus sui ad perpetuam memoriam sic voluit appellari* (c).

VIII. *Anno de Sangerhausen.*

In Pomerania Mestrovvinus Svantepolco Patri successit: is contra, quam Pater moriens diserte monuerat, infestum se Ordini Teutonico praebuit, sed, Fratribus vicem reddentibus, pax firmata est. Ut effrenatos quoque Natangiorum et Pruthenorum animos compesceret, Theodoricus Misnensis Marchio (Fratribus Theodorico et Gunthero de Regenstain germanis aliisque ex Ordine comitantibus) in Prussiam venit, neque duntaxat praeconcepta executus fuit, at etiam vero, ut 24. Nobilium suorum in Ordinem ingrederentur et quibuscunque necessariis instruerentur abunde, disposuit. Haec anno 1272. contigerunt: non ita multo post Fratres Teutonico-Equestres, Henricus de Sonnenberg Commendator Christburgensis et Henricus de Goldbach, Henricum Monte Nattangiorum Ductorem venantem obruunt, suspendunt, suspensumque gladio transverberant. Nec amico diu superesse debuit Glappo Warmiensium Antesignanus; quippe quem a suorum quopiam proditum Fratres ceperunt et in monte, deinceps Glappensberg dicto, in furcam egerunt. Accessit Dyvvani mors Barthorum Coryphaei, quem Frater Arnoldus Crop telo transfixit; tum Pogesanorum (d) 1273. strages, quae cum prioribus conjuncta Nattangis, Barthis, Warmiensibus subjectionem iterum persuasere.

IX. *Hartmannus ab Heldrungen.*

Annus agebatur 1274. (e) et pacata fere omnia erant, quum Hartmannus de Heldrungen universo Ordini praeesse coepit. Nadrovvitae solum et Scaloviae habitatores turbas movebant mox tamen finiendas. Illi quidem, dum potentiores e suis, suscepta vera fide, ab Ordine Teutonico-Equestri stare constituissent et praecipua Nadroviae castra exinde in manus venissent Fratrum, ad quietem reversi sunt: hi

(u) Waissel. fol. 84. b.
(x) Henneberg. ad Tabb. Geogr. Pruss. p. 373.
(y) Hartknoch. ad Dusb. p. 212.
(z) Leonh. Schurtzfleisch. in Hist. Ensifer. p. 17.
(a) Ita Annal. der Marckt Brandenburg Andr. Angeli Lib. II. p. 106.
(b) Id. l. cit. p. 107.
(c) Verb. Dusburg. p. 221. Ex eodem habetur, hunc Marchionem, dum A. 1270. hoc Castrum a Prussis plane destructum fuerat, rediisse et illud in eodem loco reaedificasse. v. p. 224.
(d) Hi non diu antea prope Elbingam Christianos ita caeciderе, ut fluvius vicinus amisso naturali colore rubrum induerit. Dusburg. p. 257. Zamelio hoc flumen die Hommel dicitur. Caeterum vid. ad hunc annum App. pag. 18.
(e) Chronicon Antiquum MS. Vid. Hartknoch. ad Dusburg. p. 260.

Digitized by Google

hi (ad Nemenum vulgo Memel vel Niemen fluv. populus) terra ſua probe devaſtata, calamitate docti ad mentem rediverunt. Pax (cujus *alumna temporis felicitas*) jam jam ſubluxerat, cum tertium, quidquid Pruthenorum nomine veniebat, incitante quodam Sambita, nomine Bonſe, (qui duas habere uxores a Fratribus prohibebatur) a fide et Ordine defecerunt (f). Soli Pomeſani in officio manſere: et Sambitas quam primum Fr. Theodoricus de Libelovv Sambiae Advocatus, plurimum ab his amatus reduxit, Natangi et Warmienſes ex iſtorum exemplo fecerunt; Sudovvitae (g) pervicaciores Scumando Duce (h) in agro Culmenſi, Natangia et Sambia barbara feritate eousque ſaevierunt, dum pars poſt acceptas ſaepe numero clades, labefactati, pars opera Fr. Ludevvici de Libencele (i) et exemplo Jedeti (Capitanei, ut vocabant, ſui de Kymenovv) in S. Matris Eccleſiae gremium deducti, pacem petere conſtituerent, ea etiam lege mox obtentam, ut relicta patria in Sambiam deportari ſe paterentur: multi tamen haec contra in Lethoviam (nunc Lithuaniam) abiverunt: hunc finem bellum multorum annorum conſecutum eſt.

Tantiſper dum iſta eveniunt, Hartmannus noſter, Eximiae pietatis et devotionis Princeps (k), A. 1279. inhabito Marpurgi Capitulo Magiſtratum Provincialem Pruſſiae et Livoniae unire ſtatuit, eosque in manus Conradi de Feuchtvvangen conſignavit; at utraque Provincia (abdicante ſe in officiis Conrado, quod valetudine indefinenter premeretur) ſuum quaeque magiſtrum poſt iterum conſecuta eſt (l). Anno inſequenti Idem Magiſter Generalis Arcem Zantir dirui et ex hujus reliquiis non inde procul Caſtrum, S. Mariae (ſic dictum, quoniam Divae Virgini, electae pro toto Ordine Teutonico-Equeſtri in coelis Patronae, ſacrum erat) extrui curavit (m): poſt quod aliaque item egregie facta anima eum A. 1283. reliquit; idque *in Germania Mergenthemii, ibique in Sacello Aulico ſepultus, ubi* hodiedum *ejus monumentum cernitur* (n).

Tranquillis nunc in Pruſſia rebus eodem anno cum Lithuanis bellari coeptum (o) eſt, quod plures cauſſae id Fratribus O. Teut. ſvadebant. Et primo quidem illis ex voto incumbebat, ut infideles bello inſequerentur: deinde Lithuani ipſos, praeſertim in Livonia, admodum infeſtabant, aut Pruthenis auxilia contra Ordinem Teutonico-Equeſtrem ſubmittebant. Ergo hanc ob rem centum amplius annis bellum utrinque geſtum fuit; immo ad internecionem: nam in eo ex Crucigeris Fra- X. *Burchardus de Schvvenden.*

(F) 2

(f) Alii ad A. 1272. defectionem hanc referunt. Sed ego in tanta confuſione hiſtoricorum pro more meo Dusbergenſi defero vid. p. 269.

(g) De ſitu Sudaviae vel Sudiniae vid. Henneberg. in lib. de vet. Pruſſia f. 40. et in commentario ad Tabb. Geogr. Pruſſiae.

(h) Is poſthac, dum Fratribus reſiſtere amplius non valeret, illis ſeſe ſubjecit fidemque catholicam amplexus eſt, digna ſunt quae de ipſius (ſub tempora Burchardi de Schvvenden M. Gen.) obitu Dusburgius ita commemorat. Iſte Scumandus - - - dum morti appropinquaret, interrogatus a fratre Conrado Sacerdote de Balga, quomodo tantam gratiam in fide Chriſti a Domino meruiſſet? ait: numquam aliquid boni feci ante converſionem meam, niſi hoc ſolum, quod dum Infideles imaginem B. Virginis Mariae et filii ſui ſpoliaſſent in Polonia, et ſecuiſſent per medium; ego de terra ſuſtuli et mundavi veſtibus meis, et ad locum decentem poſui.

(i) Hic primum Scumandi, deinde Cantegerdae Nobilis Sudoviae captivus, hunc cum 1620. ad fidem Chriſti convertit Dusb. p. 293. Vir ad pericula fortis, cui tamen integrae vitae exemplum nobiliorem quam virtus bellica victoriam paravit.

(k) Heſſ. in Diſcurſu inaugurali etc. n. IX.

(l) Waiſſelius p. 91. a. b.

(m) Dusb. 283.

(n) Verba laudatiſſimi Heſſ., cui, nimirum oculato teſti, merito majorem fidem adhibeo, quam Venatori dicenti ex Waiſſelio, eum Venetiis ſepultum fuiſſe. Vid. pag. Venat. 62. et Waiſſel. f. 91. b.

(o) Dusburg. p. 298.

Fratribus Nobili prosapia oriundis 49: ex Illustribus familiis 28: ex Ordine Civico 4000: ex Nobilibus familiis 11000: ex gregariis militibus 8000: ex Advenis et Hospitibus 15000 occubuerunt. Rusticorum autem partem interfectorum, partem in vincula conjectorum CLXVIII. Millia fuere (p), talem Christiani stragem perpessi sunt: majorem longe hostes; nam, ut alia praeteream damna, quae in expugnatione Bisenae et Garthae (nunc Grodno (q)) Castrorum suorum et alibi ceperant, Pelusia Lithuano ab offenso Rege suo ad Fratres perfuga rem ornante, septuaginta Lithuaniae primates, dum nuptiarum caussa apud quemquam sui Ordinis diverterant, cum hospite suo, aliisque multis sunt occisi; Sponsus et Sponsa, Primatumque Uxores, familia, pueri, suppellex Fratribus in praedam cesserunt (r). Dignum hoc in loco nota est, quod, dum memoratum castrum Gartha 1284. occuparetur, in reliquis perfidus quidam e Barthis trucidatus fuerit, cujus et latus canis suus frequentatis morsibus aperuit, et cor exinde extraxit atque devoravit: bruto a fide claro hominis perfidiam castigante (s). Anno Dom. 1286. Pruthenis in mentem iterum venit, ut Fratribus expulsis Rugiae Principem in Regem Prussiae eligerent, sed haec consilia, quod in ipso tempore detegebantur, in cassum reciderunt. Neque autem Regi Lithuaniae magis ex sententia negotia successerunt, qui A. 1288, cum equestribus copiis 8000. hominum in Sambiam moverat: si quidem pari fato Fratres de hujusce instituto multo ante compererunt, unde nec effecit multum, et, dum e Sambia revertebatur, LXXX. suorum Lithuanorum (alii CC. volunt periisse (t)) a Fr. Henrico de Dobia Sambiae Advocato caesi sunt. Verum satis jam de bello cum Lithuanis dictum sit, quod paullo ante summatim perstrinximus: in terram S. nobis revertendum tandem aliquando est: ubi communes cum reliquis Christi fidei addictis calamitates (u) Ordo perpessus fuit, ab anno praesertim 1250, a quo sensim; at insigniter Christianorum fortunae deflorescere coeperunt (x). Illuc A. 1290. Burchardus Magister Generalis, ut Ptolemaidi (Accon vulgo) a Saracenis obsidio cinctae succurreret, celebrato ante jam Elbingae generali Capitulo (y), se

(p) Hartknoch. ad Dusb. p. 299. et Myslenta in praefat. ad manuale Pruthen.

(q) Matth. Strykowsk. Lith. Hist. L. IV. c. 2.

(r) Dusb. p. III. c. 223. cujus rubrum est; *De Latrunculis, qui LXX. Regulos terrae Lethoviae occiderunt.* Idem cap. 193. ita habet: *Mira et insolita gesta sunt per Latrunculos Christianos etc.* quinam autem isti fuerint, aut quod hominum genus ex Dissertatione Clmi Prof. Joh. Jacobi Rhode de columna IV. Fratrum recenset das Gelahrte Preussen p. II. Mense Junio his verbis: „Aus den Ordens-regeln sey zu beweisen, daß „ausszer denen Brüdern des Ordens noch seyn gewesen *Soldener* und *heimliche* des „Hauses. Jene bekamen Lohn vor ihre Kriegs-dienste; diese dienten umbsonst „und hatten viel recht der Ordens-Brüder sambt besondern freyheiten. Sie wa- „ren weltlich und konten verheyrathet oder unverheyrathet sein: sie gehörten „sowohl ihrer Person, als auch ihren Gütern nach unter den Orden: Sie enthiel- „ten sich von aller Handthierung: trugen Ordens-kleyder, doch nicht mit einen „gantzen Creütze. Deren einige dieneten im Hauswesen, andere auch zu Fel- „de. Und diese hiesszen *familiares in caritate deservientes* .... weilen sie nun mehr „Freyheiten hatten, so giengen sie auff Pahrtheyen aus, das nennten sie *Latroci- „nari*„ Vid. Miscell. nostr. p. II. p. 32. Fuerunt autem praeterea Sorores quoque Ordinis Teutonici nam in Codice Ch. Bibl. Regiomont. fit mentio: *Mulieris professae Ordinis S. Mariae Teutonicorum* etc. Vide Hartknoch. in Dissert. XIX. de variis rebus Pruss. p. 424. et 430.

(s) Dusb. p. 301.

(t) Chronicon MS. Germ. vid. Hartknoch. ad Dusb. p. 312.

(u) De his vid. Sanutus L. III. p. 12. et p. 7. c. 3. adde.

(x) Dusb. p. 315.

(y) Hess. de hoc Magistro.

ſe contulit, mille Fratribus Teutonico-Equeſtribus (z) eum quoque ob finem transfretantibus: tum vero mutans ſententiam (cujus rei ratio obſcura eſt) *petita licentia et obtenta, habitum Ordinis Domus Teutonicae depoſuit et Ordinem Hoſpitaliorum (S. Johannis) aſſumpſit, in quo poſtea eſt defunctus* (a) *Rhodique tumulo illatus* (b).

XI. *Conradus de Feuchtvvangen.*

Electus poſt ipſum in Principem Ord. Teut. Magiſtrum Conradus de Feuchtvvangen fuit, Vir magnus ſtirpe, major meritis; at meliore in hoc munere fortuna dignus, ut quam ſibi adverſam tum fere continuo perſenſit. Non ita longe, poſtquam ad Magiſtratus clavum conſediſſet, Anno nimirum 1291. Ptolemais in manus Melec Meſſoris Soldani Saracenorum (et poſt hanc, quidquid in Syria Chriſtiani nominis reſiduum erat) pervenit (c): idque quidem majori fortaſſe cum Ordinis damno factum fuiſſet, niſi Cruciferi noſtri, quod actum de urbe jam jam eſſe manifeſte perſpexerant, conſcenſis navibus in fuga remedium quaeſiviſſent, neceſſitateque in rationem prudenter verſa (d) Venetias exinde Sedem Principem transtuliſſent (e). Poſt aliquanto (annus erat Chriſti 1292.) Adolphus Naſſoviae Comes Imperio Romano Electorum voce praefectus eſt, Ordini Teutonico-Equeſtri plurimum favit; quare et anno inſequenti Privilegia huic conceſſa liberaliter confirmavit (f); ea propter fortaſſis nonnulli exterorum Principum, quibus cum Adolpho non convenerat, ſuſpicione Fratres Teutonicos attigerint, quaſi iſti partibus Caeſaris nimium addicti ſecreta illorum conſilia in hujus ſinum depoſuiſſent (g). Satis interim Luthuvvero Lithuaniae Regi non erat, urbes et agros Pruſſiae, qui Ordini T. parebant incendiis haurire (etſi non ſemper impunis, ſed ſaepe ac iterum probe depexus redibat) Ut filius inſuper Poloniam A. 1291. invaderet, diſpoſuit. Petiere tunc opem ab Magiſtro Pruſſiae Menekone de Querfurt Poloniae Duces Caſimirus et Lochoto, atque protinus obtinuere: poſtea autem quam ad pugnam perventum erat, Poloni fugitivi Fratres et ipſorum Socios ſub cultro reliquerunt, qui ſe malleum inter et incudem conſpicientes, recedere quidem et ipſi conſtituerunt: at vero non potuere ſine gravi ſuorum periculo, maximam partem haud leviter vulneratorum (h).

Anno

(z) Ita MS. optimae notae ex laudata Bibliotheca Pertuſatiana, quod, dum de Obſidione Aceonis refert, haec habet. *Die Mayſter der teutſchen Herren etc. ſich vaſt um Hülff müeten. Von der teutſchen Herrn orden fuern tauſent Brudere über. Dy ze Venedigen anſchiffen mit ſiben hundert Cnechten*, etc.

(a) Verba Dusb. p. 297. cum quo vetus ejusdem Interpres et Chronicon ſub Friderico Duce Saxoniae et Mag. Pruſſ. MS. atque Waiſſelius p. 93. a. quos hie Venatori, aliisque Bzovium ad A. 1289. ſectantibus ex hiſtoriae legibus praeferendos cenſeo.

(b) Waiſſel. l. cit.

(c) Sanutus lib. III. p. XII. c. 21. cum quo convenit MS. Pertuſatianum ſupra citat. et citandum mox iterum, aliique, ita ut noſſe percuperem, quo fundamento Hartknochius in Neuen Preuſſ. p. 294. aſtruat, Anno 1290. Menſ. Jun. hoc contigiſſe?

(d) MS. Pertuſat. mox poſt haec tempora expirans, ita habet: *Do nun der Prueder der 3. Orden chaum 300. vvarn, ſy ſahen, daz ſy der ſtat nit mer mochten vor haben, do vveraiten ſie ſich auf dy ſchiff und fuern von danne.*

(e) Dusb. p. 366. datis verbis ait: Domum principalem, quae *a tempore deſtructionis Civitatis Achonenſis fuerat apud Venetias* etc. Praeterea manifeſti erroris reus eſt Waiſſelius p. 101, qui Ordinem Domus Venetiis habitae jacturam hac tempeſtate feciſſe ſcribit, quum tamen, ut mox dicemus, Conradi Succeſſor ibidem electus fuerit.

(f) Extat hujus apographum in Codice Tabularii Balliv. Auſtr. ſign. 135. Diploma Befortii X. Kal. Junii 1293, Imperii, ut ait, anno ſecundo datum eſt.

(g) Confer Waiſſel. p. 101, adde tamen mox notam praecedaneam e.

(h) Dusburg. pag. 323.

Anno Domini 1295. Boleslaus Dux Masoviae Castrum suum Wisne (id elapso anno Meneko mox memoratus funditus ideo evertit, quod Lithuanis receptaculum esset, unde libere in Borussiam excurrerent) reaedificatum ibat: quod quum idem Meneko pro jure suo impedire constitueret, Pruthenorum quidam, Nattangi et Sambitae, occasione de re capta, in interitum Ordinis conspiraverunt; et posteriores Naudiccam quempiam juvenem; initum plane in ductorem elegere. Hic vero in tempore totam consilii seriem Fratribus aperuit: plexi dein pro merito Coryphaei, et Seditio (quinta Pruthenicorum et ultima) ipso statim in limine oppressa fuit,(i) Magister Generalis, his turbis adhuc flagrantibus in Prussiam venerat, et, ut Fratrum suorum aerumnas allevaret, omnem operam adhibuit: hinc demum officii caussa in Bohemiam profectus, *Pragae diem suum ultimum obiit, et in Dragovvitz castro sepultus est* (k) A. C. 1297. Nostrum hunc Francoforti Capitulum generale (ut vocare solent) celebrasse, certum est(l), at tempus, quo factum illud sit, juxta cum ignarissimis nescire nos fatemur.

SECTIO IV.

Historia Ordinis Teutonici ad A. 1351. continuatur.

XII. *Gottfridus de Hohenlohe.*

Anno Dom. 1297. *Fr. Godofridus de Hoheloch electus fuit in Magistrum Generalem Ordinis Domus Teutonicae* (a), Venetiarum in urbe(b) atque eo quidem anno, quo Cives inter Rigenses et Ordinem Cruciferorum nostrorum jurgium occepit(c). Hujus occasionem ex captivitate Joannis Quirini Archiepiscopi Rigae, quem Fratres nullo suo merito in vincula conjecissent, capessitam fuisse, Lithuaniae Scriptores commemorant(d), at (vereor) partium studio detenti; nam Rigensium adversus Ordinem Teutonico-Equestrem ingenium insequens charta, mecum ab Amico Eruditissimo D. Schannat ex Codice MS. Fuldensi benevole communicata, plus quam primis lineis designabit.

Charta Gerhardi Comitis de Holsatia.

Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri ac Domino suo SS. Rom. ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, *Gerhardus* Comes de *Holzatia* cum omnimoda subjectione devota pedum oscula Beatorum.

Vestrae Sanctitati cupimus compassionis oculis intimare, quod in omnibus fere Provinciis, quas propter arduas causas nostri Comitatus, seu Dominii pertransivimus,

(i) Dusburg. pag. 330. et 336.
(k) Chronici MS. verba. vid. Hartknoch. ad Dusburg. p. 312. Waissel. p. 101. a.
(l) Ita enim in antiquo Ordinis libro membranaceo legimus: *Diss sint dy gesetze dy gesetzt und bestättiget sein in dem hoben Capittel von unsern Hoemeister Bruder Conrad von Feuchtvvangen zue Franckfurt, quod ipsa statuta insequuntur.*
(a) Verba Dusburg. p. 340. Quis hinc deducat jam ante haec tempora NB. (ut vult Venator p. 71. et alii quidam) Magistrum G. jam fuisse: pergente Dusburg. l. c. *Et praefuit XIII. annis, nec tamen inter alios Magistros computatus, quia in XIII. anno resignavit officium suum et iterum temerarie resumpsit.* Sed boni viri ex Henrico et Gottfrido de Hohenloe unum efficiunt, quam fabulam (ni totus fallor) egregie explosit Hartknochius et ad regulas Critices. Vid. illum ad hunc locum Dusburgensis et adde nostram Sect. II. not. i.
(b) Ita MS. superius l. cit. sign. n. 12. *Dis sint dy gesetze, dy do gesatzt vvorden in dem grossen Capittel zvv Vienedige, do Bruder Gotfrid von Hoenlohe vvart zvv Maister erkörun an des Heiligen Creutzes tag, als es gefunden vvarte,*
(c) Dusb. l. c.
(d) Vid. P. Albert. Kojalovvitz Hist. Lithuan. P. I. L. VI. p. 213.

ſivimus, veſanus rumor in multorum ore et labiis perſonat et volavit, quod Reverendus in Chriſto Pater et Dominus Archiepiſcopus *Rygenſis*, et cum eo *ſui participes*, Religioſorum Virorum Fratrum Ordinis *Theutonici* puram innocentiam coram Beatitudine Veſtra *minus juſte ac indebite denigrant, et infamant*, proh dolor graviter perturbando, eisque imponendo, quae non ſolum Bonorum ademptionem, verum etiam honorum privationem flebiliter injungunt (e). Quare S. V. humiliter ſupplicamus genibus provolutis, quatinus hujusmodi ſuggeſtionibus, quibus nullam veritatem ineſſe credimus confidenter, et ex diutinae converſationis notitia ſcimus veraciter, V. S. aures patiatur infeſtare, ſed ipſas dignetur rejicere et frivolos reputare, dictorum Fratrum Commoditatibus Paterna ſollicitudine misericorditer providendo, praeſertim, cum iidem Fratres in *Orientalibus* partibus ſint *lumen Eccleſiae*, *Clypeus* et *Columpna*, qui etiam pro dilatatione fidei Katholicae res et corpora, et omnia, quae poſſident, diverſis periculis exponere non reformidant, quod ſaepius conſpeximus. Hoc dicere auſi ſumus et audacter ſub teſtimonio noſtrae fidei affirmamus.

Quidquid nunc ejus ſit, novies anno et dimidio cum Rigenſibus pugnandum fuit (f), ancipiti fere fortuna (quod idem in bello cum Lithuanis continuato contigit) quamvis re probe examinata id falſum non ſit, plus ex utroque bello emolumenti Fratribus, quam adverſariis partum fuiſſe. Cum his quoque commodis Caeſarum favor conjungebatur, quorum unus Albertus I. nuper admodum Imperator in *Gebſedel ad Rodenburgh* (g) X. Kal. Octobr. auctoritate ſua, datas quascunque Ordini Teutonico-Equeſtri ab Anteceſſoribus immunitates et gratias, conſtabilivit, alter Henricus VII. ad exemplum hujus 1309, Anno Imperii primo, II. Nonas Martii Spirae conſimile fecit (h). Queis ita ſenſim evenientibus Gottfridus Magiſter Generalis A. C. 1302. in Capitulo Elbingenſi (i) munus ſuum depoſuit: *qua reſignatione facta electus fuit ſtatim ibidem Fr. Syfridus de Wuchtvvangen in Magiſtrum Generalem, qui ivit verſus Venetias ad Domum Principalem* (k). verum, abſente Syfrido, factum mutavit Gottfridus et Magiſtratum iterum capeſſivit, quem etiam ad annum uſque 1309. uſurpaſſe videtur, (etſi ob diſſenſum Scriptorum haud quicquam certi ſtatui poſſit) quo ipſo anno Magiſter Generalis Sifridus in Pruſſiam veniens *Domum principalem, quae a tempore deſtructionis Civitatis Achonenſis fuerat apud Venetias tranſtulit ad Caſtrum Mergenburg in Pruſſiam* (l): exinde in locum Magiſtrorum Pruſſiae

XIII. *Syfridus de Feuchtvvangen.*

(G) 2 Com-

(e) Chron. Germ. MS. refert, Epiſcopum et Cives Rigenſes, perpetuo cum Ordine contendentes, in tota Europa divulgaſſe, Reges Ruſſiae et Lithuaniae Chriſtianorum ſacra ſuſcipere velle, Fratres autem hoc propoſitum impedire, nec deſiiſſe illos hos rumores ſpargere donec Pontifex duos Legatos in Livoniam miſiſſet. Hoc circa A. 1324. contigit. V. Hartknoch. ad Dusburg. p. 405.

(f) Dusburg. p. 340.

(g) Ita Apographum in Cod. MS. ſign. 135.

(h) Idem MS.

(i) Repugnant hic aſſerta illis, quae p. 340. Dusburg. commemoravit, conciliari tamen poterunt, ſi ita ibid. legatur: *in XIII. ann. reſignavit officium ſuum et iterum temerarie reſumpſit.* Quod ita exponendum; eum in tredecim annis (i. e. inter tredecim regiminis annos) abdicaſſe, et poenitentia ductum ad illud munus uſurpandum rediiſſe, atque ita tempus regiminis rite habiti et praetenſi ad XIII. annos excurriſſe, ponamus itaque eum anno 1297. ineunte Magiſtratum adiiſſe; ſextoque Imperii anno (1302.) reſignaſſe, reſumpſiſſe autem mox iterum ad inchoatum annum 1309. (quo Siffridus in Pruſſiam venit) et XIII. annos regiminis (etſi non completos, quales tamen pro completis paſſim numerant Chronicorum Scriptores) habebimus.

(k) Verba Dusburg. p. 350, cujus auctoritatem de Sede Venetias tranſlata omnibus aliis praefero.

(l) Dusb. p. 366.

Commendatores magni ſubſtituti fuere (m). Praeterea Engelsburgii Comitia Magiſter Generalis indixit: ibidem, praeter alia in utilitatem fidei Catholicae et Ordinis T. acta, commodo reipublicae quoque jus in Provinciis Ordini ſubjectis deinceps obſervandum, triginta complexum Articulos, ſancivit; ex quorum ſecundo (n) manifeſtum ſit, Pruſſos tum propria moneta (ſi denarios, quos Culmſche Vierchen appellabant, exceperis) caruiſſe groſſisque paſſim Bojohemicis, cujus exemplum ſubjungimus, uſos paſſim fuiſſe: quorum triginta Marcam gravem Boruſſicam conſtituerint.



Sub haec tempora Henricus VII. Rom. Imperator Ordini *„omnia bona, jura, „omnesque poſſeſſiones, quocunque vocentur nomine cum omni utilitate et honore ipſorum „in terra Pomeraniae* (o), *quas aut quae legitimo* Emptionis, *aut alio juſtae acquiſitio„nis titulo„ poſſidebant* (p) *aut poſſeſſuri forent*, confirmavit. Diploma Anno D.1311, Imperii tertio obſignatum fuit, unde, ut credam adducor, Gedanum cum Pomerellia jam Tunc ab Ordine Teutonico de Marchionibus Brandeburgenſibus Joanne et Valdemaro emta fuiſſe (q), idque optimo Titulo, quo ſine emtionis contractum numquam ſane Caeſar confirmaſſet. Anno poſt, III. Nonas Martii, Syfridus de Feuchtvvangen Mariaeburgi diem ſupremum obiit, in Eccleſia Cathedrali Culmſeenſi dein ſepultus (r). Et acerbius adhuc Viri de Ordine merentiſſimi mortem tuliſſent Fratres, ſin illata IIX. Eidus Aprileis Lithuanis clades, ex qua Rex Lithuaniae cum paucis ſuorum, teſtibus acceptae cladis, aegre evaſit, dolorem aliquanto mitigaſſet. Ad electionem Succeſſoris porro progreſſum fuit, in qua Carolus Beffart de Treveris unius ſuffragio, aemulo ſuo Davidi de Hammerſtein, praeponderavit (s). Hic

XIV. *Carolus Beffart.*

(m) Vid. Sect. II. notam a. ad finem. Zamelius chartam producit de A. 1321, in qua Friderieus de Wildenbruk Magiſtrum Pruſſiae ſe ſubſcripſit, quod ſcrupulum movet Hartknochio ad Dusburg. p. 375. verum, dicente Waiſſelio p. 108. a: *Er* (Magiſter Generalis) *ſchrieb dem Gros Commenthor in Preüſſzen nicht mehr, Meyſter im Titel, vvievvohl das Volck In Maſter* nennete: concludi poteſt facile, Magnos Commendatores Titulo a vulgo ipſis paſſim attributo non numquam uſos fuiſſe, etſi verum maneat, illos a Magiſtro Generali numquam amplius poſthae Magiſtros appellatos fuiſſe tribus verbis hic noto, Hermannusne de Salza, an alius quiſpiam Summorum Ordinis Magiſtrorum, nomen *Magiſtri Generalis* aſſumpſerit? non liquere, quiequid alii conjiciant: hoe Waiſſelius l. e. refert Syfrido noſtro acceſſiſſe titulum: *Meiſter in Deudtſchen und Welſchen Landen.*

(n) Waiſſel. 105. a. De groſſis Bohemicis Cromerus in Polon. lib. II. pag. 128. ſic loquitur: *duodenos groſſos et quidem latos, ſeu Pragenſes, qui dimidio eos, qui nunc ſunt in uſu, groſſos vernaculos excedunt, quin, ſi bonitatem argenti ſpectes, quadruplum.* Nobis Praen. D. Hoffmannus Viennenſis Monetarum explorator, quemdam ſuppeditavit. Vid. Clmi D. Braunii Hiſtoriſche Nachricht von Polniſch. und Preuſſ. Münzvveſen c. 1. et 2.

(o) Pomerellia (alias Pomerania minor) hic intelligenda eſt. Cromer. de Ort. etc. Polon. L. X. p. 581.

(p) Vid. Diploma apud Lunig. in Teutſchen Reichs-Archiv von T. und Johanniter Orden pag. 5.

(q) Vide Venatorem p. 74. et ſeqq. qui de hoe legi omnino meretur.

(r) Dusburg. p. 370. cap. 302. quod Chronologiae cauſſa cum cap. 307. conferendum eſt.

(s) Venat. pag. 76. Dusb. p. 374.

Hic dum rerum potiretur Martem contra Lithuanos propitium plerumque habuit: caesi saepe atque iterum, castra ipsorum diruta, agri ferro et igni vastati fuerunt. Romam quoque se contulit, ut de jure Ordinis in Pomerellia, quod Rex Poloniae per Archiepiscopum Rigensem et Episcopum Gnesnensem impetebat, coram Pontifice maxumo Joanne XXII. responderet, quod, confectis etiam aliis Fratrum negotiis non minus momentosis, ita praestitit, ut Adversarii ejus et caussa ceciderint, et ad impendia reddenda fuerint damnati (t) Commemoranda hoc loco est insignis Lithuanorum crudelitas, qua 1320. Fratrem O.T. Gerhardum de Rude Advocatum Sambiae forte captum, posthac *indutum armis et depositum super dextrarium cremantes Diis suis pro victima obtulerunt* (u). Commotus graviter hoc facto Deus (vindex eo rigidior, quo tardior) altero ab hoc anno *Illustres Viros et Dominos: Bernhardum Ducem Wratislaviensem de Polonia, Comitem de Gerodisseke* (Geroldsck) *Primogenitos filios Comitum de Juliaco et de VVildenberg de Rena, Dn. de Lichtenberg et Bligt cum fratre suo de Bohemia* magnoque exercitu ad castigandam illorum ferociam in Prussiam misit (x), quorum opera Fr. Fridericus de Wildenberg Vices Magistri Generalis gerens, aliique Fratres ingentem hostium caedem fecerunt; atque ea repetita forte fuisset, magna Nobilitatis de Bohemia et Rheno parte A. 1323. in auxilium pariter advolante, nisi intensior illa hujus anni hyems proposito obstitisset; contra remissa nimis bruina A. 1324. conatus Domini Johannis et Philippi Comitum de Spanheim, D. Petri de Rosenberg et Hermanni Avunculi sui, ac reliquorum e Germania et Bojohemia nobilium, qui eumdem ob finem (nimirum adjuvandi Ordinis et propagandae fidei caussa) Borussiam petierant, frustravit (y): Atque fuit hic ipse annus, quo animam Deo tradidit, Magistratum vero successori Fratri Wernero de Orsele reliquit Carolus Beffart, in urbe Patria reconditus monumento (z). XV. *Wernerus de Urselen.*

Isthac tempestate Christi in terris Vicarius Legatos ad Ledeminum Lithuaniae Regem misit, ut tum pacem hunc inter et Ordinem Teutonico-Equestrem firmarent, tum Regem salutari baptismatis unda abluerent, quod hoc iste desiderasset (a): neutrum successit; mox enim post hoc Ledeminus Davidem Castellanum Garthensem in Masoviam, terrasque Christianorum ablegavit, qui rapinis et incendiis undique horrendum desaeviens, IV. praeterea millia et ultra Christianorum occidit; et ad haec Nobilis Lithuanus, secundus is a Rege, fidem suam interposuit, Regi ne umquam quidem in mentem venisse, ut Christi sacra susciperet; Jovem lapidem potius istum jurasse, se a ritu antegenitali numquam desciturum esse. Regis istius filiam Wlatislaus Lokticus Rex ipse Poloniae duxerat, qui A. 1326. militaribus soceri copiis adjutus cum copioso exercitu in regionem Marchionis de Brandenburg, quod is Pomerelliam Ordini vendidisset, se superfudit, agrum Frankfordensem modo,

(t) Schüz. in Chron. Pruss. p. 57. Add. Venator. p. 77.

(u) Dusburgensis verba pag. 391. Jeroschinus rem clarius describit hoc modo:

Drier Manne vvochen an
Sy ym Zu mahle thaten
Und uff ein Ros yn saten
Gebunden an vier Pfale
Nach ihres Sitten vvele
Unde trugen Holzes dran
So viel das sie noch Ros noch Mann
Gesehen darinn kunden
Und darnach in zunden,
In den Holz ein feuer.

(x) Dusburg. p. 392. et 393.

(y) Idem pag. 399.

(z) Id. pag. 403.

(a) Vid. sup. not. e.

do, ſupra humanum, depopulando. Nec ſacris parcitum: profanabantur Templa, Coenobia, Sacerdotes, res ad uſus ſacros deſtinatae; quin etiam nefandum dictu! Virgines Deo conſecratae affatim violabantur (b). Reddidere quidem inſequenti tempore par pari Fratres hoſtilem, at tamen humanum in modum: cum quibus ſe Comites Schvvartzburgenſes et alii exterorum Nobilium A. 1327. (c) dein A. 1329. *Joannes de Luccelburg Rex Bohemiae cum nobilibus regni ſui et Duce Sileſiae de Valkenberg et Comitibus de Lunge, de Actinge, de Nivenar, de VVallrode, Hanavo, de VVirtenberg, de Stovvenborg et de Valkenſtein, et DD. de Kerpin, de Gera, de Berga, de Rotenſtain, de Damis, de Kotebus, de Miſna et Burgravio de Dhona et cum multis Nobilibus Regni Almanniae et Angliae* (d) in Boruſſia conjunxere. Acceſſit ad hos A. 1330. Comes de Marcha et Mandu, et Germanus Comitis Juliacenſis, in quorum omnium ſocietate ſat amplos contra hoſtes progreſſus Fratres fecerunt. Inter caetera Urbs Rigenſis, annum jam circumſeſſa, fame et ſeditionis metu inducta ſui deditionem obtulit, non tamen prius acceptatam; quam cives, (multo tempore cum Ordine diſſidentes) ſe, urbem et privilegia ſua quae demum cunque in manus Fr. Eberhardi de Monheim Livoniae Magiſtri conſignaſſent, quibus ita factis hic, per foſſam, XXX. cubitorum muro in longitudinem repletam, civitatem Victor intravit (e). Interea Wlatislaus, copiis auxiliaribus a Karolo Ungarorum rege ſubmiſſis, cum iisdem in terram Colmenſem irrupit, locumque Schönefee obſidione cinxit, apenuit ultro portas, viribus ſuis confiſus, rei militaris Praefectus, ſed ingredi hoſtes auſi non ſunt (f), et eos alimentorum penuria, exacto decem dierum ſpatio, redire juſſit. Tandem exitialem finem hic annus habuit. Fr. Johannes de Biendorff Marchiacus (g) ad bellum in Livoniam proficiſci conſtituebat; verum, prohibente id ſemel atque iterum Magiſtro Generali, homo vindictam meditatus cultrum cum ſuo propoſito congruentem emit, quaerebat eum tum forte cultrarius, num etiam vaginam compararet? ad haec ille; ſe hunc cultrum vaginae totius provinciae multos pretioſiſſimae, adaptatum ire: et fecit ſane immanis parricida, dum eodem in vigilia S. Eliſabethae Magiſtrum Generalem, perſoluto in Eccleſia S. Catharinae penſo ſerotino revertentem trucidat (h): Mors hujus bonis omnibus, et merito, peracerba fuit, nam Ordo virum muneris ſui obſervantiſſimum (quod leges ab eo latae, ſanctae illae et in MSStis etiamnum ſuperſtites palam faciunt) amiſit: Provinciae Ordini ſubditae Patrem Patriae perdiderunt, quod nomen ipſi deberi, ſolae urbes ſub magiſtratu ejus extructae ſatis teſtantur (i). Curatum poſtmodum fuit, ut corpus exanime tumulo in Eccleſia principe Mariae-vverdenſi inferretur: Parricidam vero Summus Pontifex, cui judicium hac ſuper re Ordo detulerat, primo a conſcientiae labe ex hoc facto contracta abſolvit et Eccleſiae reſtituit communioni; poſtmodum in corporis ſupplicium perpetuis carceribus, ubi pane ſolum et aqua

(b) Dusburg. p. 409. Waiſſel, p. 114. a.

(c) Continuat. Dusburgenſis p. 423. Hic quidem eadem fide, non tamen pari cura ac ordine Petri Dusburgenſis Chronicon continuavit.

(d) Continuator Dusburg. p. 414. et 415. ubi ita de Vladislao diſcurrit: *Iſte Rex antea fuit Dux et noviter a Sede Apoſtolica, in Regem conſtitutus, ut eſſet S. Eccleſiae, fidei, et fidelium eo diligentior propugnator; nunc autem non ſolum non defendit coetum fidelium, ſed eos, qui defendunt, crudeliter impugnat* etc.

(e) Id. p. 419.

(f) Schüz. Chron. Pruſſ. L. II. p. 63. b.

(g) Waiſſel: p. 112. a. cum quo plurimis Pruſſiae Scriptoribus convenit.

(h) Waiſſel. l. c. Supplem. Dusburg. p. 421. Schütz l. cit. fol. 64. b.

(i) Sunt autem: Guttſtat, Biſchofsvverder, Girdau, Lipſtat, Neumarkt ad fl. Tribenz, Ylenburg (aliis Gilgenburg) Neuteich, Deutſch-Eylau, Preuſch-Eylau, Preuſchmark, Hohenſtein, Saalſeld etc. Vid. de his Dusburg. p. 408. et ſequ. cum addit: Hartknochii, qui ex Grunovio, Lithuanis bello captis ad labores publicos adhibitis, tot Civitates extructas fuiſſe adſtruit.

aqua aleretur, addixit (k). Wernerum in Magistri Generalis munere A. 1331, post trium circiter mensium interregnum *Lutherus filius illustris Ducis de Brunsvig* (l) secutus fuit. Satis is famae suae vel eo solum prospexisset, quod, Phocione justior, suos justitiae administros ab muneribus accipiendis serio fuerat dehortatus (m); immo, roborandae hujuscemodi rei caussa, perpetua posterorum memoria dignum exemplum in Judicem Salfeldensem statuerat (n). Verum non minorem Magistratus sui gloriam ex commisso cum Polonis et Lithuanis prelio retulit. Ac primo quidem congressu fortuna ad partem adversam inclinaverat; sed, succurrentibus, D. de Plauen, D. de Schvvarzburg et D. de Purgau cum hastatorum centuria, integrataque posthinc pugna hostes profligati fuere, Cujavia Calissium usque (quae nunc in Calissensi Majoris Poloniae, Palatinatu primaria est) capta et postmodum aliquamdiu possessa: qua tempestate Domus Ordinis (Teutonicas nunc vocitamus) in civitatibus Kreusevvitz, Leslau, Briske et Redsin (nunc Krusvvick, Wladislau, Brzestie etc.) et paulo post in Stolpe exaedifatae fuerunt. Vero per est simile, ut Deo memoratae victoriae ergo grates exsolveret, Lutherum hunc Cathedralis Ecclesiae in Kneiphof-Königsberg structuram A. 1332. inchoasse, quam sextus Sambiae Episcopus ad finem perduxerit (o), nostro per mortem impedito quippe, quam exactis quatuor gubernaculi annis, 1335. feria post pascha Bexta (posteaquam, emortualem horam praesentiens, SS. Missae Sacrificio interfuisset) oppetiit (p).

XVI. *Lutherus Dux Brunsvicensis.*

Magistratum tum Ditricus Burggravius de Aldenburch (q) Octogenarius, pietatis et prudentiae, virtutisque bellicae merito adeptus est. Huc quidam principium monetae (ab auctore Bernardo Schilling Cive Thoruniensi Schilling denominatam (r) referunt, ast istam fabulam Eruditissimus Braunius (s) egregie convulsit: verum est illud; A. 1337. Johannem Bohemiae Regem, filium ejus Carolum Moraviae Marchionem, Henricum Bojoariae Ducem, Wilhelmum Comitem de Hannonia, et Adolfum Comitem de Berge Ordini contra Lithuanos succursum venisse: eorum quidem conatibus (ut aliis alias contigit) tempestas obstitit; attamen, Joannis Regis et Filii opera, Loca in Pomerania ab Uladislao Locteco intercepta, Ordini T. restituta fuere (t). Porro A. 1338, die Virgini in coelos assumptae sacro insignem a Lithuanis victoriam, Fratres nostri Mariani reportaverunt. Milites primo, con-

XVII. *Ditricus Burggravius de Aldenburg.*

(k) Waissel. p. 112. b. quem si majori cum attentione Hartknochus (in Alt und Neu Preussen p. 300. vid.) legisset, non asseruisset forte, Interfectorem a Papa *eo, quod hic a Wernero alienus fuerat*, paullo post perpetratum facinus absolutum esse. Ego Hartknoehii et eruditionem et industriam veneror. Majorem tamen constantiam et circumspectionem in ipso desidero, quarum defectus saepiuscule effecit, quod sibimet contradixerit, et judicii non semper aequalis suspicionem praebuerit, quae conferenti illum cum fontibus ab ipso citatis patebunt.

(l) Ita a Dusburg. p. 410. nominatur: miror ergo, quod Venator pag. 90. commemoret: Nullum, quod sciat, ante Cromerum et Funccium *Lutheri* nomen nostro attribuisse: quos utique plurimis annis post se reliquit Dusburgius. Non debuisset Historiae Scriptorem latuisse, *Chlotarium, Hlotharium, Lutharium, Lutherum, Ludderum, Luderum* etc. idem nomen fuisse. Nolim tamen exinde laudem Venatoris minuere, quum quaedam certe, ab aliis non memorata, apud eumdem reperire liceat,

(m) Waissel, p. 112. b.

(n) Venat. p. 190.

(o) Vid. Lilienthalo Hist. Beschreibung des Thums der Statt Kneiphofs-Königsberg. Sunt, qui Lutherum Magistrum Generalem in hoc templo reconditum fuisse credunt: sed ego, hoc aedificio non absoluto, illum in Cathedrali veteri, quae ex relatu D. Lilienthals in arce Regiomontana non procul a porta Löbnicensi fuerat, sepultum fuisse existumo.

(p) Waissel. p. 115. a. Venator pag. 95. Hartknoch, in A. und N. Preussen p. II. p. 300.

(q) Sic nominatur in charta 47. P. III. c. 2.

(r) Waissel. p. 116. b.

(s) Hist. bericht v. Poln. und Preuss. Münzvv. c. 2. §. 5.

(t) Dubrav. Hist. Bohem. Lib. 21. p. m. 174.

specta hostium multitudine, infirme animati fuere, postmodum ad pugnam excitati, ante signum classici, integris Ordinibus in adversam hostium aciem incurrebant; atque ita praelii exitus ad votum cecidit (u). Tali circiter tempore Casimirus Magnus, Rex Polonorum Pomerelliam, Terram Culmensem et Michalovviensem (de quibus jam aliquot abhinc annis litem Ordini intentaverat) in Curia Romani Pontificis a Fratribus O. T. repetebat. Rescitum hoc Caesari, quam ob rem hunc in modum ad Magistrum Generalem rescripsit (x): „*Intelleximus et ad nos a pluribus* „*fide dignis saepius est delatum, quod praedicti Kazimirus de Polonia, Archiepiscopus* „(Gnetznensis) *et Episcopi vos in Curia Romana super praenotatis terris, vobis et Or-* „*dini vestro ab Imperatoribus, et Regibus Praedecessoribus nostris, collatis et donatis et* „*auctoritate Summorum Pontificum ac Imperatorum et Regum legitime confirmatis, et per* „*temporu longiora per Vos possessis pacifice, trahat in causam, et tam in judicis spiritali,* „*quam extra vobis inferat plurimas quaestiones; verum, cum* Ordo *Vester sit a dictis* „*Principibus*, Imperatoribus et Regibus Romanorum, Praedecessoribus nostris, fun- „datus, institutus, et dotatus, pro defensione Imperii, et fidei Christianae - - - „*Vos attente requirimus et monemus nostrae gratiae sub obtentu, et nihilominus sub poe-* „*na amissionis et privationis omnium terrarum, jurium, Privilegiorum, gratiarum, et* „*libertatum - ac terras, possessiones, ac jurisdictiones sic Vobis donatas et concessas, ad* „*cujuspiam praeceptum ac mandatum extra potestatem vestram aliqualiter permittatis* „*aut ad citationem cujuspiam Judicis Ecclesiastici, vel Saecularis, super ipsis de vobis* „*conquerentibus - compareatis sine nostro consensu, aut juri aliqualiter pareatis* etc. Sed ursit Romae negotium Casimirus, quin immo rotunde a Papa petiit, ut Cruciferis restitutio dictarum Provinciarum injungeretur, ipse post hoc in possessione earum confirmaretur. Reposuit Pontifex: „*quia per relationem fidelem inde ab ipsis* „*Cardinalibus nobis factam in dicto Processu notabiles invenimus defectus, non potuimus* „decenter, *nec de* jure *confirmationem concedere postulatam.* (y) Postremo res eo recidit, ut utrique parti Thorunii dies paciscendi caussa constitueretur, et, ut arbitrum se interponeret, Carolus pariter Moraviae Liminarcha, statuto tempore illuc se contulit: at mors insperata Magistri Generalis his coeptis intercessit, ubi notandum venit, ejus cineres Thorunio Mariaeburgum translatos, et ad S. Annae in crypta, quam Vivens ipse sibi, suisque Successoribus fecit, repositos esse.

Tantisper, dum Magister Generalis eligeretur, rerum summa penes Conradum de Schvvarzenburgk versabatur, hominem cholericum et austerum, qui rigore suo effecit, quod plurimae ex erectis nuper in Polonia Commendis ab Ordine se abrumperent (z). Annus igitur 1342. Ludolphus Koenig D. de Weizzau, ut
XVIII. *Ludolphus Konig.* Ordini praeesset, eligitur: (a) is postea pacem cum Casimiro Rege Poloniae ita aliquando stabilivit, ut Regi Provincia Cujaviensis et Dobrinoviensis cum Castro Bromburg redderentur (b): Ordo Pomerelliam, Culmense et Michaloviense territorium cum locis Neischovva, Orlovv, Murinovv, sibi haberet (c). Pacis Instrumentum in festo SS. Kiliani et Sociorum Calissiae Anno 1343. conscriptum; deinde Juniuladislaviae (Jungen Leslau) die S. Magdalenae jure jurando ab utraque parte praestito

(u) Casp. Schütz. fol. 70. a. Buddeus in Parerg. Histor.-Theolog. Observ. II. de R. Pruss. Script. p. 102. ita de hoc sentit. *Habetur hoc pro optimo inter Chronica vetustiora impressa.* Addo ego: si sectae praejudicia tollantur.
(x) Diploma Datum est in Frankefurt 22. Julii. A. Dom. 1338.
(y) Raynald. Tom. XVI. ad A. Ch. 1341. n. 40. unde haec bullae verba transcripsimus.
(z) Waissel. p. 116. a. Ideo fuerit, quod in Annalibus Prussicis exigua harum Commendarum memoria fiat, Testante id Hartknoch. in A. und N. Preussen. pag. 300. p. II.
(a) Venat. p. 99. Waissel. p. 118. a. qui tamen perpetuo quasi Chronologiae errore ducitur, in annis tamen regiminis cum reliquis fere concordat. Hess. in hoc l.
(b) Continuat. Dusburg. p. 424.
(c) Hartknoch. in A. und N. Preuss. p. 302. p. II. Schütz. in Chron. vulgo Warhafte beschreibung der Lande Preussen fol. 71.

ſtito confirmatum fuit (d). Dantiscum pacis dulcorem mox deguſtavit, nam hoc anno a Ludolpho moenibus circumſepiebatur (e); Ordini autem Teutonico-Equeſtri ocium exin oriundum Samogitae protinus interturbaverunt, dum contracta ſuorum manu Livoniae calamitatem interminabantur. Rebus ita conſtitutis Magiſter Livoniae Litteris Magiſtrum Generalem hortatur, ut, irrumpendo in Samogitiam, hoſtes ab inſtituto repelleret: quod dum hic exequi parat, ipſi nuntiatur, Samogitas Sambiae jam jam imminere. Ea propter in Sambiam properat, ſed Samogitae interim, depoſita perſona in Livoniam invaſerunt, et, diruto propugnaculo Karxhaus, L. milliarium ſpatio regionem igne, rapinis; incolas caede, captivitate ſunt perſecuti. Hujuſcemodi calamitatis culpam tum Livoniae Magiſter, tum exteri (quorum ingens numerus (f) in ſuppetias Ordini advenerant) in Magiſtrum Generalem conjiciebant: quam ob rem perturbatus ipſe uſum rationis, et exinde officium amiſit (g). An porro ad mentem reverſus, aut vero, inſania agitante caput parieti allidendo, e vivis exceſſerit,

Hiſtorici certant et adhuc ſub Judice lis eſt.

Succeſſorem uno ore deſignant Heinricum Duſemer, A. 1345, XIII. Decembris hunc honoris apicem conſcendentem, referuntque, ipſum primos in Boruſſia groſſos latos (Pragenſi prius adducto pares valore) cudi juſſiſſe. Facies illorum adverſa inſignia Ordinis cum Epigraphe: ***Henricus III. Mag. General. Dom. Theotonic.*** (h) prae ſe tulerit: in averſa ſcutum familiae et inſcriptio: ***Honor Magiſtri juſtitiam diligit***, apparuerint. Ter adverſus Lithuanos feliciter pugnavit; primo, quum Vices Magiſtri gerens in Samogitiam irruit, et caeſis Samogitis multos captivorum Livonum liberavit (i). Secundo, dum A. 1346, Eccleſia Virginis purificatae feſtum celebrante, duo et viginti millia Lithuanorum unico praelio fudit (propterea Moniallum coenobium in Löbenicht-Königsberg gratitudinis cauſſa Ordo condidit). Tertium vero eorumdem hoſtium octo ſupra decem millia caeſi, plures aquis ſubmerſi fuere: quos inter poſteriores Ruſſorum Ductor Narimundus numerabatur (k). Anno 1347. Heinricus noſter a Rege Daniae Valdemaro et Fratre ejus Ottone (poſtmodum Equite Teutonico) Harriam et Wyrlandiam provincias et tres Aeſthoniae civitates, Revaliam caput regionis, Narvam, Weſenbergum cum omnibus juribus et immunitatibus undeviginti millibus Marcarum Culmenſium argenti puriſſimi comparavit, et contractus Mariaeburgi VIII. Kal. Julias firmabatur; traditio IV. Nonis Novembris ſubſecuta eſt. His meritis domi foriſque clarus, atque tantis curis et laboribus defatigatus A. 1351. in Capitulo Generali officio renuntiavit, ubi reliquum vitae tempus religioſa requie traduxit, et poſt hoc Mariaeburgi ad ſepulturam datus eſt.

XIX. *Henricus Duſemer.* ita in antiqu. Codice Membr. MSto, vulgo, Libro Ord.

SECTIO

(d) Neugebauer Hiſt. Pol. L. III. p. 201.

(e) Legitur etiamnum in Templo B. V. Gedanenſi: *„A. D. M. CCC. XLIII. fer. IV. poſt Laetare poſitus eſt primus lapis muri Civitatis Danzk, et poſtea proxima fer. VI. poſitus eſt primus lapis muri Eccleſiae B. V. Mariae* etc. Schütz. loc. cit.

(f) In his Ludovicus I. Ungariae et Johannes Bohemiae Reges, quidamque e Germania Principes fuerunt. Schüz. loc. cit. a.

(g) Waiſſel. p. 118. a. b.

(h) Id. p. 120. b. Hartknoch. in A. und N. Preuſſ. legit: *Domus Teutonicae*, pro eo, quod Waiſſelius vult: *Dominorum Theutonicorum*. Schüz. p. 71. b. *Dominus Pruſſiae*.

(i) Waiſſel. l. c. a.

(k) Schütz. p. 72. a. b.

SECTIO V.

Res gestae in Ordine Teutonico ad Annum usque 1498. breviter perstringuntur.

XX. *Winricus de Kniprode.*

POsteaquam a Gubernaculo Henricus recesserat, Winricus de Kniprode illi tractando praeficiebatur. Ejus tempore ex communi Annalium fide (a) Prussia ita, ut numquam supra, ipseque Ordo Teutonicus effloruit: et caussa erant, utilissimae ejusdem, sumtuariae cum primis, leges; magna subditorum et commerciorum cura; vehemens literarum amor. Ut si posterioribus his imbuerentur (et imbuti sane exhinc fuere Fratrum plurimi (b)) Viros Doctissimos, quoad ejus saeculum ferebat, Mariaeburgum evocavit, ac pariter Reipublicae bono ludos literarios per universam provinciam ordinavit. Praeterea vitam sapienter instituit: sic se gerebat, ut, quantum fas erat, facile omnes perferret, quorumvis studiis obsequeretur, adversaretur nemini: quibus, praeter alia incommoda, simultatem Summi Pontificis et Imperatoris (in quam facile incidere potuisset (c)) pluriumque aliorum evasit. Cum Lithuanis assiduas habuit conflictiones, felici tamen plerumque successu: inter alias A. 1361. iisdem (Algard et Kynstod Principibus Lithuaniae, fratribus Germanis exercitum hostium ducentibus) aciem dedit, in qua ingens hostium numerus cecidit; reliqui fugam capessere coacti sunt (d). Retractus tum ex illa Kynstod, et Mariaeburgi in custodia detentus fuit: sed post exiguum temporis intervallum elapsus est, (e) et redhostimenti loco, cum Russis Lithuanis et Polonis fabam in Gedanenses cudit; verum detecto forte fortuna conspirata, malum decumanum ab Gedano aversum fuit.

Gemina Superiori victoria fuit, quam ab his ipsis hostibus in agro Rudaviensi Winricus reportavit, sequentibus metris descriptam (f).

Exurgunt Reges Algard, Kynstod, duo Fratres,
Cumque subintrarent Sambenses et spoliarent,
Mox juncti pariter, VVinricus nempe Magister,
Schindkop Marschalcus, Praeceptores simul ejus,
Nos debellarunt captos, multosque necarunt
Ex his undena perversis millia plena.
Sed proh Marschalcus tunc corruit ut Leo vivus,
Annis M. tria C. conjunctis septuaginta.

Post ejuscemodi facta (versum versibus addere liceat) (g)

VInCLa sVbIt MortIs VVInrICVs noCte IoannIs. (Bapt.)

Scripto-

(a) Vid. Schüz. p. 73. b. Waissel. p. 121. b.
(b) Waissel. l. cit.
(c) Vid. Waissel. p. 124. b. et 125. a. Singulare Caroli IV. (qui Imperator per lancem faturam Diplomata Ord. T. dedit) quo Fratribus Ord. T. ut Magistris Alemanniae obediant, injungit. Vid. Cl. Schannat Sammlung alt. Histor. Schrifften. p. I. pag. 5.
(d) Schüz. p. 75. a.
(e) Id. l. c. Waissel. 122. a. adde Hartknoch. ad Suppl. Dusburg. p. 472. lit. a.
(f) Schüz. p. 81. a. b. Sed primum versum ex Supplemento Dusburg. emendavi. Hos versus, ait Schuzius l. c. in Sacellis, Rudaviensi et Laptaviensi, hujus victoriae caussa extructis, legi.
(g) Habetur in Supplemento Dusb. p. 429.

Scriptores Prussiae de hoc referunt, novum monetae genus ipsius nutu signatum fuisse (h), quos vulgus Skoeters appellaverit, cum quibus facit recentior Auctor (i): suntque, qui grossos Crucigeros (hoc nomen a plebe habent) Winricianos, scotos esse existumant; sed refragatur Hartknochius, solidosque fuisse probat (non Scotos) numos Winrici quorum unum tali forma exhibet (k).




Ut ut ista se habeant, nobis nummum quempiam, auctoritate Ordinis Teutonico- XXI. *Conradus Zolner de Rotenstein.*
Equestris cusum, protulisse sufficiat: nunc Conradus Zolner de Rotenstein nos vocat, qui, ut vetus Chronicon (l) testatur, *secundo die mensis Octobris electus est in Magistrum Generalem.* Duro admodum initio usus est, nam, orta tunc temporis inter Jagellonem et Patruum ejus Kynstod Lithuaniae Moderatores controversia, his fluctibus imprudens commissus fuit, unde de hinc multa mala in Ordinem emanaverunt (m). Nihilominus pro virili has inter turbas reipublicae commodum accuravit, quod Natangia testari potest. Ut enim isthaec Provincia, a Lithuanis penitus devastata ideoque inculta, quamprimum recoleretur, novos undequaque colonos accersivit. Tributum triennio ipsis remisit, et, ut ne in limine deficerent, tria marcarum millia inter eos distribuit (n). Quo porro Juventus bonis artibus in patria commodius initiaretur, Academiam Culmae instituit, a Pontifice maxumo hujus tenoris bulla confirmatam (o).

Urbanus Sextus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam in suprema dignitatis Apostolicae specula superni dispensatione consilii licet immerito constituti, ad universas fidelium regiones nobis creditas, earumque profectus et commoda tamquam universalis gregis Domini pastor commissae nobis Speculationis aciem, quantum nobis ex alto permittitur, expendentes, fidelibus ipsis ad quaerenda literarum studia, per quae divini numinis, seu fidei Catholicae cultus protenditur, justitia colitur, tam publica, quam privata res geritur utiliter; omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, libenter favores gratiosos impendimus et opportunae commoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque nuper pro parte dilectorum filiorum Magistri et FF. *Hospitalis beatissimae Mariae Theutonicorum Hierosolymit.* fuit propositum coram nobis, quod ipsi Magister et FF. non solum ad utilitatem et prosperitatem hujusmodi Reipublicae, ac incolarum terrarum eis subditarum, sed etiam aliarum partium vicinarum laudabiliter intendentes, in eorum oppido *Culmensis.* Diaecesis tamquam insigniori, et magis ad hoc accomodato et idoneo, in quo aeris viget temperies, victualium ubertas, et caeterarum rerum ad usum humanum pertinentium copia reperitur, desiderent plurimum fieri et ordinari per sedem Apostolicam STVDIVM Generale in qualibet licita facultate, ut ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, aequitas servetur, judicii vigeat ratio, illuminentur mentes et intellectus hominum illustrentur.

(I) 2 Nos

(h) Waissel. 124. a. Schüz. p. 83. b.
(i) Dav. Braun. in Histor. bericht v. Poln. und Preuss. Münzw. pag. 30.
(k) In Dissert. historicis de variis Rebus Pruss. p. 279. et 298.
(l) Supplementum Dusburgensis. p. 431.
(m) Schüz. 83. b.
(n) Waissel. p. 126.
(o) Vid. Gelahrt. Preuss. p. II. Mens. Septembr. n. IV, quo in loco praesentiam hujusce Academiae status exponitur.

Nos praemissa, et eximiam fidei et devotionis sinceritatem, quam ipsi Magister et Fratres ad S. Rom. Ecclesiam, fidemque catholicam gerere cognoscuntur, attente considerantes, ferventi desiderio ducimur, quatenus Oppidum praedictum scientiarum donis ornetur, ita ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi scientiarum fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant universi literarum cupientes imbui documentis. His igitur omnibus, et praesertim idoneitate dicti oppidi, quod ad multiplicanda doctrinae sana semina et germina salutaria producenda magis congruum et accomodum inter alia loca et oppida ditioni praedictorum Magistri et FF. subjecta fore dicitur, diligenti examinatione pensatis, non solum ad ipsius Oppidi, sed et regionum circumjacentium incolarum commodum paternis affectibus anhelantes hujusmodi praedictorum Magistri et FF. in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem divini numinis et fidei propagationem Orthodoxae auctoritate Apostolica statuimus atque ordinamus, ut in eodem Oppido de caetero sit *Studium Generale* ad instar *Studii Bononiensis*, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, tam in *Theologia* et *Jure Canonico* et *Civili*, quam *alia qualibet licita facultate*, quodque legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, et immunitatibus concessis Magistris in Theologia, ac Doctoribus, legentibus, et studentibus commorantibus in eodem studio Bononiensi gaudeant et utantur. Et quod illis, qui processu temporis bravium meruerint in illa facultate, in qua studuerunt, obtinere, sibique docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac *Magisterii*, seu *Doctoratus honorem* petierint, elargiri per Magistrum, seu Magistros, Doctorem vel Doctores illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda liceat dilecto filio Praeposito *Culmensis* Ecclesiae qui pro tempore fuerit, vel ejus sufficienti et Idoneo Vicario, quem ad hoc duxerit deputandum. Praepositura vero ipsius Ecclesiae vacante ille, qui ad hoc per dilectos filios Capitulum ejusdem deputatus Ecclesiae extiterit, praesentetur; idemque Praepositus, aut Deputatus, ut profertur, Magistris et Doctoribus in eadem facultate actu inibi regentibus convocatis, illos in his, quae circa promovendos ad Magisterii, seu Doctoratus honorem requiruntur juxta modum et consuetudinem, qui super talibus in Generalibus studiis observantur, examinare studeat diligenter, eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, hujusmodi licentiam tribuat, et Magisterii, sive Doctoratus honorem conferat et largiatur. Illi vero, qui in eodem studio examinati et approbati fuerint, ac docendi licentiam, honoremque hujusmodi obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absque examine et approbatione alia legendi atque docendi tam in praedicto ipsius oppidi, quam in singulis aliis Generalibus studiis, in quibus voluerint legere et docere, statutis et consuetudinibus quibuscunque contrariis Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum *Jenuae* quinto Idus Febr. Anno Christi Millesimo Tercentesimo octuagesimo septimo.

Sed redeundum ad Magistrum Generalem; is non magis ad institutionem juventutis (quae basis Reipublicae quaedam est) quam religiosam Ordinis disciplinam advigilavit. Desideraverant forte Fratres, ut deposito *Fratrum* nomine *Domini Crucigeri* (vernaculâ *Creuz-Herrn*) vocarentur, et tandem id etiam obtinuerunt (q): sancta tamen et cedro digna fuit, quam addidit, admonitio. *Nos*, inquiebat, *natu equidem nobiles sumus*; *sed, professioni nostrae congruenter, fraterne simul ac religiose vivamus*, *decet* (q). Secutum est istud. Conradus domus Ordinis in Prussia revisum ibat: fractus vero his laboribus Strasburgi in morbum incidit; unde, quod petierat, Christburgum delatus, ibidem ex hominum vita A. D. 1391. demigravit (r). Eodem

(p) Waissel. 126. a.
(q) Venat. p. 113.
(r) Waissel. 126. a. Schüz. 87. b.

XXII. *Conradus de Wallenrode.*

Eodem anno in *Dominica Judica electus est in Magistrum generalem Dominus Conradus de Walleurode* (s). *Laudatur ab his, culpatur ab illis* (t): nos mediam quamdam viam tentabimus, hanc litem, nostram, non facturi. Wallenrodius itaque, spreto nobili conjugio ordinem Teutonico-equestrem ingressus (u), ita in actionibus suis floruit, ut lapsu temporis Praeceptor (Gross-Commenthur), Marschallus (x), post Magister generalis constitutus communi suffragio fuerit. Hoc facto, majorem Ordini suo auctoritatem conciliaturus, consuetam in edictis Principum formulam, *Nos Dei Gratia*, ipse quoque adhibere coepit, ac praecipuis Consiliorum Sociis (ut animi ad honorem laudabiliter enitentes accenderentur, atque imperantium parentiumque esset differentia) splendidiores titulos imposuit (y). Alias mox a suscepto Magistratu cum suis in Lithuaniam profectus est atque in confiniis propugnacula nonnulla, quae tum hostium incursiones cohiberent, tum liberum in Lithuaniam exitum Ordini vindicarent, construxit (z). Sub id temporis quidam Germanorum Principum (Waisselius Rupertum Palatinum dein caesarem, Fridericum Marchionem Misniae, Hildernidum Comitem ex Scotia aliosque commemorat) sex et quadraginta millia auxiliarium Copiarum contra Lithuanos in Prussiam adduxere. Dispendioso convivio, biennalibus dehinc exactionibus et gravissimis quidem resarciendum (quae magnum Ordini a subditis odium conciliarunt (a)) excepti fuerant, etsi nihil ab iis effectum legitur. Sed hoc damnum aliquanto Galli, Britanni et Belgae ob caritatem annonae in terris suis advenientes exaequarunt, dum plures trecentis navibus frumento in Prussia emto onerarunt, quo exhaustae, ideoque irritatae plebeculae quicquam pecuniae conficere licebat (b). Recens ab hoc casu Magistri Generalis mors fuit, qui, morbo quopiam intestino agitatus, de potestate mentis exiit atque ita Mariaeburgi A. 1393. decessit (c), ingens antea jam famae dispendium passus, quod impia Leandri Albani, haeresiarchae pessimi ex Gallia ad ipsum confugientis, dogmata strenue promovisset (d).

XXIII. *Conradus de Jungingen.*

Eodem anno die S. Andreae Apostoli electus est Venerabilis et Devotus Vir Dominus Conradus de Jungingen pro tunc Thesaurarius in Mariaeburg, Vir pius, castus, et pluribus

(s) Verba Continuator. Dusburg. p. 431.

(t) Vid. Fr. Parerga Historico-Theolog. Obs. V. qua nostrum a Grunavil, Schützii, Venatoris ac Buthneri criminationibus, ut ait, liberare contendit, Scriptoresque ejus apologeticos recenset.

(u) Waissel. p. 128. a.

(x) Id. p. 126. b. Schüz. 87. b.

(y) Waissel. p. 127. a. Praeceptorem, Mareschallum, Hospitalarium, Thesaurarium, et Draperarium, nominatim recenset. Ernestus de Wallenrod in Apologia MS. sic inquit: „Der Hochmeister Conrad von Wallenrod war ein Beherscher über sol„che Länder die einem prächtigen Königreich nicht weichen dörfften, Preüssen „allein, so dieser Hochmeister besessen, war einem guten Königreich zu verglei„chen, wie es dann auch vor ein Gros-Herzogthumb allemahl ist gehalten wor„den. Nebst diesem hat der Orden das Herzogthumb Samoiten, so 8. Fürsten„thumer in sich hielt; das Fürstenthum Liefflandt, so 11. Fürsten erhalten; das „Fürstenthum Pomerellen, auch zum theil Pommern bis an Stolp inclusive, dar„auf ein Comthur gehalten worden, das Fürstenthum Michelau, das Fürsten„thum Dobrzyn, aussser dem, was sie in Gros-Pohlen, worinn 8. Compthureyen „des Ordens gewesen, so sie ehmals mit dem Schwerdt erworben, besessen." Hinc deducit, non male factum fuisse, quod Wallenrodius formula ab aliis minorum gentium Principibus adhibita usus sit.

(z) Waissel. p. 128. b.

(a) Schüz. p. 88. a. Waissel. 128. b.

(b) Schüz. et Waissel. l. cit. et seqq.

(c) Dusburgensis Continuator p. 431. ub ita: *A. Dom. 1393. in die S. Jacobi obiit dictus Conradus Wallenroder, in cujus transitu tempestas magna fulminis et tonitrui facta est.*

(d) Schüz. p. 88. b.

(K)

pluribus virtutibus insignitus (e). Invitus hoc munus suscepit (f); caetera a belli studio ut com plurimum alienus: strenuus tamen, ubi res id exigebant, bellator fuit. Sane Gottlandiam Ostrogothorum Insulam, ab incolis hamiotis, qui arte piratica viciniae incommodaverant 1397. fortiter expurgavit (g), quam tamen, ne non quoque justus esset, mediante Wenceslao Caesare, Margarethae Daniae Reginae, (acceptis ab ea, quae Ordo in hunc finem fecerat, impendiis) post triennium restituit (h). Singulariter Annus 1404. Ordini se propitium dedit: nam tum Sigismundus (Imperator postmodum An. 1410.) Brandeburgensem Marchiam (quam *Novam* dicunt) morte possessoris ad se devolutam cum Magistro Generali 160000. aureis commutavit (i). Porro Magister Livoniae secundo Marte adversus Lithuanos pugnavit, quorum 7000. in acie ceciderunt; reliquorum multi undarum vi praefocati sunt, demum quoque pacis foedus cum *Vladislao Rege Poloniae Supremo Duce Lithuaniae - - de expresso consensu Coupraeceptorum* suorum inivit (k). Anno 1405. Mariaeburgi Solennis Ordinis Conventus celebrabatur: ubi controversia cum Episcopo Rigensi composita, et leges quaedam Politiae caussa promanaverunt. Inter alia, ne quisquam extra Ordinem Teutonico-Equestrem Episcopatum in Prussia adeat, ut nullus Commendatorum plures centenis equis in comitatu habeat, Solis Nobilibus armis jaculatoriis in via uti liceat, Servi ex fuga retracti auricula clavo perforata affigantur, multaque alia salutis publicae et pietatis caussa sanciebantur (l). Ea tempestate in Ordine Teutonico-Equestri post Magistrum Generalem, Praeceptorem, Mareschallum, tres Episcopi (m), octo et viginti Commendatores, sex supra quadraginta Commendatores Domestici (Haus-Commenthur), LXXXI. Hospitalarii, 700. Equites etc. numerabantur. Ad haec Ordo 55. civitates, pagos 19108, praediorum duo millia, 48. excultas arces possidebant, ex quibus in reditus annus 800000. marcae provenerunt (n). Atque ita florentem Ordinem suum una cum mundo pariter (perdomitis tamen prius rebellibus Sambitis) Conradus, *Anno Dom. 1408. feria IV. post festum Paschae* (o), reliquit. Succeslivit Frater ejus, Ulricus de Jungingen; de quo plerique spem conceperant, *quod Fratri in moribus assimilari deberet (qui erat pacis cupidus) tamen contrarium rerum exitu indicabat* (p). Et reapse cupide nimis ac temere fecisse videtur, dum primo spartae susceptae anno, nimirum 1409, bellum Poloniae Regi et Magno Lithuaniae Duci protinus indixit simul ac intulit (q): Sit enim (et fuisse arbitror (r)) istos ansam conquerendi Fratribus dedisse; nihilominus alio modo negotium confici potuisset, immo debuisset cum hoste, et validissimo,

XXIV. *Ulricus de Jungingen.*

(e) Continuat. Dusburgens. Verba, pag. 432.
(f) Schüz. p. 90. b.
(g) Krantz. Vandal. L. IX. c. 36.
(h) Schüz. p. 93. a.
(i) Venator p. 128. asserens Chartas emtionis etiamnum Tabulario O. Teut. Mergentheim. superstare.
(k) Ita Instrumentum Pacis in Spicilegio Eccles. Lunigii vom Teutschen und Johanniter-Orden p. 11. n. XXIIX. *Datum in dicto fluvio Visla prope Castrum Racyansz, Dioecesis Wladislaviensis, fer. V. proxima ante festum S. Trinitatis, A. Dom. M. CCCC. IIII. Conferatur Venator pag.* 126.
(l) Vide has leges apud Waissel. p. 131. a. b. Schüz. 97. a.
(m) Nim. *Culmensis, Pomesaniensis, Sambiensis*, nam hi Episcopatus non ita diu ab institutione sua Praesules semper ex Ordine Teutonico habuerunt. V. Hartknoch. ad Dusb. p. 122. et 123.
(n) Waissel. p. 132. a.
(o) Verba Continuat. Dusburg. p. 432.
(p) Verba itidem Ejusd. l. c.
(q) Idem p. 433.
(r) Mihi ex verbis Auctoris mox citati et Manifesto (ut ajunt) Ordinis Teutonici, quod Cl. Schannat in Sammlung Alter Hist. Schriften P. I. pag. 106. evulgavit, satis probatur.

dissimo, et potenter adeo adjuto. Sit ut sit, morte dependendum erat; rem, ita ut contigit, referet, qui eam ex ipsis pugnae adstantibus sciverit, Continuator Petri Dusburgensis (s) *A. Domini MCCCCX.* (ait) *in die divisionis Apostolorum Domini terrae Prussiae cum suis subditis et adhaerentibus contra Polonos, Lithuanos, Ruthenos, Samogitas, Tartaros et alios barbaros et infideles pugnabant in territorio Osterodensi, et succubuerunt Domini Ordinis, Magistro Generali Ulrico Jungingen cum Praeceptoribus quamplurimis, et subditis, et stipendiariis occisis, Rege cum suis obtinente triumphum - - Sicut retulerunt Heroldi et alii famosi et fide digni, qui praedicto bello interfuerunt plusquam sexaginta millia virorum ceciderunt de utrisque partibus. Imo referebatur ab eisdem, quod Tartarorum Imperator, vel Marschalcus Regi Poloniae et Witoldo cum triginta millibus virorum pro tunc venerat in subsidium et ab inde recessit duntaxat cum 8. millibus. Qui tunc de Ruthenis et Lithuanis, quorum Principes cum populo quasi innumerabili advenerunt?*

Post mortem Ulrici de Jungingen (pergit noster (t)) *in bello interfecti* electus est *Henricus de Plavven, Dominica ante festum S. Mariae, cujus electioni interfuerunt Magister de Almania et Livonia. Tunc Civitates hujus terrae ad Dominos nostros redierunt, quae post bellum compulsae Regi Polonorum homagium praestiterunt.* Semet elegisse Henricum plurimi Scriptorum prodiderunt; Ego vero hoc in fabulis reputo, tum, quod eamdem fabulam hoc ipso anno de Joanne P. XXIII. (u) et Sigismundo cantaverant (x), tum quod praeter Continuatoris Dusburgensis huic aevo reliquis multo proximioris ipse Henricus in Manifesto illo superius laudato (y) datis verbis asserat: „*Also* „*vvir von den gnaden Gots eyntrechtlich von unsern Brudern, dy des gevvaltig vvaren* „*zu Hoemeister (dazu vvir uns untuchtig und unvvirdig achten, derkennen und halten)* derkorn und ervvelt *vveren*„. Haec charta, qua Ordinem contra fas et jura a Rege Polonorum impeti, sub omnium oculos Magister generalis subjecit, Toriani Dominica a die S. Luciae 1410. in lucem prodiit: ea fortassis effecit pacem cum Polonis 1411. 20. Januarii firmatam; qua tamen pactio, inter *Henricum IV. Dei gratia Angliae et Franciae Regem et Dominum Hiberniae;* atque Ordinem Teutonico-Equestrem duobus abhinc annis sub Ulrico de Jungingen incepta: Henrico vero nostro ad Magistratum evecto, finem consecuta, longaevior fuit (z). Sed facta priora posterioribus noster quam plurimum obscuravit, nam Tyrannidi et perfidiae operam dedit, quas ob caussas (consensu Pontificis et Imperatoris accedente) per Fratrem Ottonem de Lernstein Ordinis Seniorem, nec quicquam repugnante Heinrico de Plavven moribus et stirpe nostri consanguineo (a), Commendatore Gedanensi (b),

XXV. *Henricus de Plauen.*

(s) Contin. Dusb. p. 435. Haec pugna alias ab historicis Tannebergensis dicitur a Pago Tannenberg, ad quem commissa est.

(t) pag. 436.

(u) Schüz. p. 105. b.

(x) Hanc de Sigismundo Imperatore fabulam jam ipse Limnaeus de Jure Publico Imp. R. G. L. II. cap. 3. detexit: in qua tamen praeter alios mire sibi complacuit Dubravius Hist. Bohem. L. XXIII.

(y) Vid. Sup. Not. r.

(z) Instrumentum foederis in utriusque partis incolumitatem erecti exhibet in Teutsch. Reichs-Arch. von Teutsch. und Johann. Orden. pag. 19. Datum est Anno 1410. et commerciorum libertatem utrinque potissimum respexit, haec unio porro 1437. inter Henricum VII. et Ordinem Teutonicum, Urbesque Hanseaticas instaurata fuit. Vid. Lunig. loc. cit. p. 35. n. XXIII.

(a) Non Fratre, ut Waisselius cum aliis, siquidem in ipso Manifesto l. c. p. 109. Magistri Generalis verba ita sonant: „*mit hulfe unsers liben Vettern Herren Heinrich des al-* „*den zu Plauvven* etc.

(b) Waissel. p. 139.

ab officio 1413. remotus et in carcerem Castri Lochstett conjectus fuit, ubi elapso septennio vitam finivit (c), posteris exemplo: Scelera ad Magistrum suum numquam non redire.

XXVI. *Michael Kuchenmeister.* Michaele Kuchenmeister de Sternberg in locum Henrici 1414. suffecto, pacisque conditionibus ab Ordine interim neglectis (d), factum est, ut Poloni Prussiam denuo adorirentur, magnamque terrae calamitatem darent. Brevi quidem repulsi fuerunt (e); ad haec discordantibus Legatus Apostolicus, Joannes Lausanensis Episcopus intercessit, cujus hortatu pars utraque biennales belli ferias (post prorogatas) constituebant et litem arbitrio Concilii Constantiensis submiserunt (f). Rebus ita fere tranquillis Synodum Ordinis Generalem in Monte S. Brunonis (Braunsberg) Michael Magister convocavit. Ibi Dogmata Wicleffi interdicta, et, ut quaecunque Prussiae Chronica Ordini venderentur; Magistro in negotiis momentosis quidam Saniorum Fratrum, decem Nobiles, ac totidem cives ex urbibus Prussiae assisterent; ne quis *Evangelicum* se nominaret, aliaque, at quam salubria! ordinata fuerunt. Sanctiora procul dubio Vir cordatus statuisset, sin minus incitatus factionibus intestinis (quarum una nomine *Navis aurea* ab ipso, altera, Vellus aureum contra eum steterat (g)) potestatem, quae semper et ubique plus aloes quam mellis habet, deposuisset; idque A. Dom. 1422. (h).

XXVII. *Paulus Pellizer de Russdorf.* Par cum hoc fatum propemodum habuit Successor ipsius Paulus Pellizer de Russdorf, nam et eum statim in *Principatus exordio infestare incipiunt Poloni, cum ingentissimo Lithuanorum et Tartarorum exercitu terram Colmensem circa festum S. Jacobi hostiliter obruentes - - utriusque sexus homines crudeliter occidendo, mulieres etiam et Virgines ultra humanum modum stuprando - - aliaque permulta execrabilia et ignominiosa opera perpetrando* (i). Tum vero necessitatem in rationem Magister Generalis vertit, et pacificavit. Post hoc eodem anno 1422. Theodoricus Comes de Moers Archiepiscopus Coloniensis, Ludovicus III. Comes Palatinus Rheni, et Henricus Dux Bavariae atque alii Principes magna militum manu stipati Ordini in subsidium venerunt, at vero post tempus (k). Anno 1430. Magister Generalis cum Provincialibus Ordinibus Comitia Elbingae magno Reipublicae commodo celebravit; illic enim (alia praetereo) institutio Magni Provincialis Senatus ad effectum perducebatur, cui Magister Generalis, sex Commendatores, sex Praelati, sex Provinciales, totque ex Civitatibus ab illo et provinciis eligendi interessent, nec, nisi in eo, Res patriae majores pertractarentur (l). Fuit sub idem tempus quod Alexander (m), Dux magnus Lithuaniae ad plures abiit: *inclytus vero Princeps Dominus Boleslaus, alias* (ante baptismum) *Switerga, ad quem dictus Principatus tam jure hereditariae possessionis quam electionis devolvitur, - se cum Dominis Prussiae, apud quos fidem semper illaesam cognovit, confoederare laborat* (n). Verbo: inde bello funesto, atrocissimo: Tetro (o), Ordo implicitus fuit, ex quo nonnisi ad annum 1436. absolute emersit, quippe quo inter *VVladislaum* Regem Poloniae, *Sigismundum* Magnum Ducem Lithuaniae (p).

Casi-

(c) Idem. l. cit. b. Schüz. 105. b. Venat. 131.
(d) Venat. l. cit. Schüz. 109. a.
(e) Waissel. p. 140. a.
(f) Schüz. l. cit. b.
(g) Waissel. l. cit. b. et p. 141.
(h) Venat. l. c. Schüz. p. 113. Continuator Dusburg. p. 440. ubi illis qui ipsum depositum esse referunt, notanda hujus verba: *de sui Principatus officio libere cessit.*
(i) Verba ejusdem l. cit.
(k) Id. p. 441.
(l) Schüz. p. 117. a.
(m) Ante baptismum Witoldus. Hist. Lithuan. Kojalovv. P. I. L. 2.
(n) Continuat. Dusburg. verba p. 447.
(o) Plurimum fere damni Hussitae duce Zeepkone Gedanum usque penetrantes Ordini intulerunt. Vid. Continuat. Dusburgensis pag. 446. et seqq.
(p) Qui Switergae ejecto subrogatus est. Idem, pag. 445.

Casimirum Germanum Wladislai, *Semowvithum Casimirum Wladislaum*, *Boleslaum*, Mazoviae, ac *Boguslaum* Stolpensem, et Pomeraniae Duces (q) ex una: et Ordinem Teutonicum ex altera parte pax perpetua, ut vocabant, stabilita, atque ducentis et ultra sigillis (sed, dolendum fragilibus) roborata fuit. Tali bello inquies intestina A. 1440. successit. Civitates et Provinciales libertatem sibi debitam ab Ordine concalcatum iri conquerebantur, et ea propter foedere inter se pacto (r) huic malo prospicere parabant: Commendatorum aliquos insolentia sua ab obedientia Magistri Generalis disjunxit: Fratres ipsimet inter se diffidebant; quare rebus tam misere constitutis, exigente id etiam praecipitata aetate, Magister Generalis A. 1440. (s): munus suum gerere desiit.

Pacare turbas conabatur, qui illum in munere A. 1441. insecutus est, Conradus de Erlichshausen: ast littori et undis concionabatur: si quidem, cum aliis provinciales inter et ipsum controversiis, variarum e Germanis nationum factiones (fecundae litium matres) increverunt, tanto hujus cordolio; ut postea, nono a suscepto munere anno, in gravem morbum inciderit, qui nonnisi cum vita ipsum dereliquit. Moriens omni animi impetu Fratres suos lectum circumstantes admonuit, ut de vitae integritate, et observando rite instituto serio magis cogitarent: cum dein ipsum de successore pro more consulerent, designato Wilhelmo de Eppingen, Ludovici de Erlichshausen (ex Fratre Nepotis) electionem omnino dissualit; Nihilominus, spreto hocce consilio, hunc ipsum A. 1450. Magistrum Generalem elegerunt (t). Isthic, ut memoratum supra statuum foedus dissolveret, omnes vires et artes suos advocavit, et inter alia Summi Pontificis opem, sed tunc absque effectu, imploravit: ast contra foederati ad Imperatorem recurrentes pactorum suorum confirmationem ab hoc quidem, salvo Magistri Generalis jure (u), A. Dom. 1451. et 1452. obtinuerunt: ast continuo versa est alea. Imperator hoc super negotio melius informatus edicto sanxit, ut foederati ab inito foedere, iniquitatis partu, discederent: hoc nisi facerent ac tutum, corporis supplicia et multam pecuniariam comminabatur. Similiter e Germania Primatum litterae, illos ab unione contra fas et jura stabilita dehortantium, adveniebant: atque tandem Nicolaus V. ad Magistrum Generalem perscripsit, ut (sin minus Ecclesiae hostis audire velit) per-

XXVIII. *Conradus de Erlichshausen.*

XXIX. *Ludovicus de Erlichshausen.*

(q) Vide Instrumentum pacis in Neuen Aufflegung des erneuerten Berichts vom Preussischen Abfall pag. 117.

(r) Vid. Waissel. 145. a. b. et seqq. ubi etiam Gravamina Ordini a statibus proposita continentur, add. Schüz. 133. qui haec et sequentia fuse exponit. Hoc foedus, obedientiam Magistro debitam semper praestandi, conditionem involvebat.

(s) Schüz. p. 145. a. ubi ex chartis publicis probat, ipso hujus anni mense Decembr. nostrum resignasse, et paullo post mortuum esse.

(t) Schüze p. 161. b. qui observat ultimum hunc e Mag. General. fuisse, qui Prussiam totam possedit, et Mariaeburgi sepultus est. Waissel. p. 171. a. extant statuta ab illo promulgata in libro Ord. Membr. Sec. XV. hoc titulo: *Dies Nachgeschrieben gesetze sein gemachet und Geordnet vvorden von Bruder Conrat von Erlichshausen Homeister Dutsches Ordens in dem Grossen Capitel gehalden tzu Marienburg nach Gotes tusent vierhundert und im tzvvay un vierzigisten jor am nechsten Suntage vor Sant Dyonisi.*

(u) Ita Fridericus III. in Diplomate 1451, anno Imperii XI, dato „*Doch also, das diese vorgenannten Städte, auch die Ritter, Knecht, und andere, die sich in oben verschriebener mas mit einander vereiniget, verbunden, oder vertragen hetten, dem Ehrvvirdigen Hochmeister Deutschen Ordens in Preussen, unserm und unsers Reichs lieben Andächtigen, und andern ihren Oberherren, darunter sie gelegen und gesessen seynd, thun alles, das sie ihnen von Rechts vvegen, nach inhalt ihrer Privilegien und Freyheiten zu thun pflichtig und schuldig seyn.* Utrumque Diploma cum instrumento foederis videsis apud Lunig. in Spicil. Eccl. T. Reichs-Archivs v. Teutsch. Orden. XXXIV. XXXV. XXXVI.

perduellibus foederis Sociis signa inferat; Episcopo vero Warmiensi (x) injunxit, ut nisi iidem serio brevique resipiscant, ipsos sacris publice interdicat (y). Omnia tantum profecerunt, ut foederis socii A. 1454. remisso Generali Magistro solemni nuntio dicto ipsi sacramento semet exemerint, in fidem et clientelam Regis Poloniae protinus concedentes pariter, ac suscepti (z). Atrox dehinc bellum inter Ordinem Teutonicum, et Polonos foederatorum socios per tredecim annos exarsit, quod exacte commemorare hujus loci non est; neque tamen silendum, Equites Teutonicos ad civitatem Koniz insignem ab hostibus victoriam, simul et opima spolia retulisse: contra vero ab his plurimas arces, civitates aliaque loca occupata, diruta, exusta fuisse; quin immo ipsi Ordinis Stipendiari, acceptis a Rege Poloniae pro salario sibi a Magistro Generali debito (cui pecunia belli nervus deerat (a)) 436000. florenis hungaricis Castrum Mariaeburgense cum aliis quibusdam tradiderunt (b). Mariaeburgum posteriori tempore ad Ordinem rediit; verum ab hostibus obsidione denuo cinctum, iterum in eorumdem potestatem, numquam posthac ab Cruciferis recuperandum, devenit.

Caeterum haud dici potest, quam exitiale hoc bellum (quin potius foedus illud, hujus caussa) universae Prussiae fuerit; quando quidem pars ista, quae a Polonis et sociis stetit, per exercitum Ordinis: quam autem hic occupaverat, ab illis ferro, igni, rapina, misere devastata fuit. Ita nimirum

Quando delirant reges, plectuntur Archivi.

At vero emergens inde Ordinis intertrimentum conditiones pacis (quam is, mediante Legato Apostolico Rudolpho Episcopo Laventino (c), Thorunii A. 1466. cum Polonis composuit) manifestum faciunt. Earumdem vi Pomerellia, Terra Culmensis et Michaloviensis, Castra Mariaeburgum et Elbingen, cum limitibus suis, Regi Polonicae: Ordini, Regiomons (futura, amisso Mariaeburgo, Magistrorum Generalium Sedes) cum Sambia, Natangia et reliqua Prussia addicta fuit (d): dein quilibet Magister Generalis Regi Poloniae Sacramentum talem in modum dicere adstringebatur.

Ego N. Magister Generalis Ordinis S. Mariae Theutonicorum, Princeps et Consiliarius Regni Poloniae, juro, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero Serenissimo Principi, Domino N. Regi et Successoribus suis Regibus, et Regno Poloniae, et profectum illorum fideliter procurabo et negotiis Regis et Regni fideliter consulam et secreta, quae mihi qualitercunque communicata fuerint, in eorum detrimentum nulli pandam, pacem insuper praesentem in omnibus suis conditionibus observabo, et custodiam, sic me Deus adjuvet et S. Dei Crux.

Rex autem Poloniae Magistrum Generalem jure pacis, Principem Regni, et Commendatores magis praecipuos Consiliarios suos constituere tenebatur: ita enim ille. „*Nos Casimirus Rex Poloniae praedictus, praefatum D. Ludovicum Magistrum, Commendatores suos et Ordinem in Prussia, omnesque eorum Successores* (c) *in nostrum et Regni nostri Poloniae Principem, Consiliarium Perpetuum: Commendatores vero principaliores, quos Dominus Magister et Successores sui pro tempore duxerint deputandos, in*

Con-

(x) Aeneam Sylvium tum praefuisse Warmiae refert Hartknochius in A. und N. Preussen. P. II. p. 459.
(y) Schüz. p. 166. a. add. P. II. n. LV.
(z) Dati et quaesiti patrocinii titulum vid. apud Lunig. l. cit. n. 38. et 39.
(a) Vid. ibidem n. 40.
(b) Waissel. p. 184.
(c) Non *Lausanensi*, ut habet Venator, qui *Lausanium* sive *Losanium*, sedem olim in Helvetia Episcopalem, et *Lavont*, sive *Lavontmensem* in Carinthia Episcopatum confundit p. 199.
(d) Explicatiora haec omnia in instrumentum pacis apud Lunig. loc. cit. n. 42. dabit.
(e) Quos omnes perpetuo quivis Magister Generalis repraesentabat.

„*Consiliarios nostros, et regni nostri, et in nostram ac regni Poloniae protectionem, subje-*
„*ctionem, et defensionem perpetuo duraturam assumimus*„.

Meum super his cunctis sensum vetus ille Comicus ut quam optime exprimit (f). *Errat*, inquit, *longe mea quidem sententia, qui imperium credat gravius esse ac stabilius, vi quod fit; quam illud, quod amicitia adjungitur.* Redeo ad Magistrum Generalem, quem infelix Ordinis sui Metamorphosis adeo affecit, ut exiguo a pace firmata tempore, A. nimirum 1467, naturae concederet, Regiomonti post humatus (g). Posteaquam tantum Virum, magno suo et Regis Poloniae dolori (h), Ordo amiserat, Henricum Reuss a Plauen, ut vices Magistri Generalis obiret, Fratres elegerunt, cujus monetam Clarissimus Braunius suppeditat (i) ita inscriptam. HENRICVS LOCVTNES MRI i. e. *Henricus Locumtenens Magistri.* Non abhorret a vero, quod Schuzius enarrat (k), Fratres, ut jusjurandum Poloniae Regi dandum eluderent, Henrico nomen Magistri Generalis non attribuisse: quicquid hujus sit, in hoc conveniunt Scriptores, istum A. 1469. Magistri generalis nomen assumpsisse, postmodum praestitisse homagium Polonorum Rectori; et ex Polonia reducem, tactumque Apoplexia, eodem anno in urbecula Morungen mortuum, atque in locum defuncti Henricum de Richtenberg A. 1470. subrogatum fuisse (l). Ea tempestate fortunae ita afflictae Ordo fuit, ut non suppeteret, quo Henrico defuncto (ut aliis Magistris Generalibus obtigit) statua in templo locaretur (m), attulit tamen huic malo tantillum remedii sequens casus. Henricus noster de Richtenberg adeo justitiae operam dabat, ut illos suorum, qui plus justo subditos gravabant, non castigaret solum, verum etiam, si quid praeter fas exegissent, ad restitutionem cogeret. Stomachus inde motus Commendatoribus nonnullis, eaque propter magnam pecuniae vim vasis oleariis reconditam extra provinciam amandare parabant, ipsimet proxime elapsuri: forte vero fortuna ad Magistrum Generalem res delata est, qui praevaricatores pro merito plexuit, et argentum in rempublicam contulit (n). Sed et rigidum quidem, dignum tamen de Episcopo Varmiensi supplicium sumpsit, dum ipsum, quod pecuniam Ecclesiae suae (in pessimos postea usus convertendam) sibi appropriasset, et nefarias machinas in Magistrum Generalem, Ordinem, et Collegium Canonicorum machinaretur, primo molli brachio objurgavit; dein insolentem magis ex eo quatuor parietibus inclusit: demum nullo modo corrigendum inedia necavit (o). Ipse postea A. 1477. a Deo evocatus est (p), regimenque Martino Truchsess de Wezhausen, *Domi Monacho, egregio in campo Leoni* (q) reliquit. Jam ab anno 1471. de Varmiensi Episcopatu Stanislaus Opporovvski, a Rege Episcopatui praefectus; et Nicolaus de Tüngen electus ex more a Capitulo contendebant, quae lis hucusque in dies increscebat. Ergo Magister Generalis, cui pax nupera admodum displicuerat, nactus occasionem (quae alias rebus etiam minimis pretium addit) cum Nicolao adversus Regem Poloniae conjungitur, atque ita Mathiae Corvini Regis Ungariae Patrocinio qui tunc temporis a Casimiro diffidere videbatur, se ambo

XXX. *Henricus Reuss a Plauen.*

XXXI. *Henricus de Richtenberg.*

XXXII. *Martinus Truchsess de Wezhausen.*

(L) 2 com-

(f) Terent. in Adelph.
(g) Waissel. 244. b. Schüz. 335. a.
(h) Waissel. p. 245. a.
(i) In Hist. bericht. v. Poln. und Preuss. Münzwesen. p. 45.
(k) l. cit.
(l) Schuz. l. cit. et p. 338. a. Waissel. 245. a. b. Venat. p. 200.
(m) Waissel. l. cit.
(n) Waissel. 246. a.
(o) Id. p. 251. Multa hic loci calumniantur Scriptores Prussici, summam injuriam ab Magistro Praesuli illatam, et multa alia fingentes. Sed ipsi sibi non constant, sufficiat notasse, quod et Waisselius et Hennebergerus, non infimi ex historicis Prussiae, ipsum justum, aequumque fuisse testentur, in quem tales calumniae cadere omnino non possunt.
(p) Waiss. 252. a.
(q) Hoc agnominis ipsi proprium fuit. Waiss. 257.

committunt. Classicum itaque utraque pars cecinit. Magister Generalis Culmam, Althusium et Strasburgum primo quidem quasi intuitu occupavit; Sed mutavit Mars, atque ita ad Casimirum inclinavit, ut uterque hujus adversarius ejus potestati se submittere cogerentur; quo facto Magister Generalis Neostadii prope Cracoviam, ad fidem Regi Poloniae Casimiro praestandam, jurejurando A. 1479. sese obstrinxit. Et factum bene; nam non ita multo post Legati a Rege Hungariae advenere, qui hujus nomine de ulteriori amicitiae firmitate, quodque is neutiquam Ordini patrocinaturus sit, Casimirum certiorem fecerunt (r). A. 1480. et sequentibus varia de re monetaria, de bonis naufragorum, de jure succini in conventibus Provincialibus, inter Ordinem et Urbes ditionis Polonicae transacta fuerunt (s). Pauca posthac ad A. 1489. digna memoratu contigere, nisi quod modicae quaedam lites, in quas Ordo cum Civitate Noribergensi conjectus fuerat, expeditae fuerint (t): verum illo demum anno nonis Januarii Martinus Truchsess diem suum obiit (u) simul, atque Johannes de Tieffen, accuratus instituti sui religiosi cultor, in munere successit, quem nullo unquam tempore in lecto dormivisse, nec lineum induisse indusium; contra Superioribus promtum, paribus amicum, subditis patrem, se exhibuisse, annales celebrant (x). Talem in modum novem annis ad gubernacula, florente sub ipso admodum Prussia, sedit: his autem exactis Regem Poloniae (qui copias contra Waivodam, ut nominare solent, Valachiae, Stephanum Bogdam eduxit) secutus, A. 1497. sanguinis profluvio Leopoli (Lemberg) (y) magnum sui desiderium apud omnes relinquens, expiravit.

XXXIII. *Johannes de Tieffen.*

SECTIO VI.

Historia Ord. Teuton. ad finem perducitur.

XXXIV. *Fridericus Dux Saxoniae.*

FRidericus Dux Saxoniae, Landgravius Thuringiae et Burggravius Misniae (a) post obitum Joannis Tieffenii, nullo hucusque exemplo in Magistrum Generalem A. 1498. postulatus est. Is Officium hoc, nonnisi pensitata probe negotii gravitate, et subsidio in Comitiis Friburgensibus et Augustanis ab Imperii statibus ad recuperandam Prussiam (quippe quam Ordini ab Imperio concessam fuisse, demonstraverat) promisso, suscepit (b). Consilio Fratrum suorum et nutu Maximiliani Caesaris, Principumque Germaniae jusjurandum Regi Poloniae, id A. 1501. serio exigenti, dare cessavit, et huic mors hujus Regis eo ipso anno insecuta tantillum praesidio fuit (c). Interea Russi Livoniam invadunt; hos subito adortus est Waltherus de Plettenberg Magister Livoniae (postmodum auspicio Caroli V. in Tabulas Principum relatus (d)) et, cum primam aciem duceret, laetus atque alacer in

(r) Waissel. p. 255. a.
(s) Schüz. 367. et seqq.
(t) Vid. Chartam apud Lunig. Im T. Reichs-Archiv. n. 29. unter dem T. Orden.
(u) Schüz. 380. b. Waissel. 257.
(x) Waissel. p. 258. a.
(y) Waissel. p. 259. b. Schüz. p. 400. a.
(a) Waissel. 260. a.
(b) Schüz. p. 400. a.
(c) Schüz. l. cit. b.
(d) Schurzfleisch. in Hist. Ensifer. p. 117. et 335. qui tamen perperam putat eum de Potestate Magistri Generalis exiisse, (nam probat Venat. p. 251. Successorem Walteri a Waltero Cronberg confirmatum fuisse) quin ipse sibi p. 121. contradicit, asserens; Joannem Rekium ab Hermanno Bruggeneo *Suffragatione Ordinis* Adjutorem sibi constitutum esse.

in equitatum hostis invectus, brevi eumdem disjecit, et fugientes ad vesperam usque insecutus est: tum signo dato in castra reversus ac praeda potitus magnam vim telorum et copiam instrumenti bellici, atque impedimenta cepit; Arces vicinas expugnavit et diripuit, aliudque Russorum agmen apud Ivanogradum delevit. Morbus tamen (medicorum filii Dysenteriam nominant) castra invadens fortunae cursum interrupit: ea occasione capta Russi reduces in Livoniam, caedibus et incendiis libere ibidem desaevierunt (quadraginta hominum millia desiderata tum esse ferunt) at paullo post Waltherus recollata suorum manu numerosum admodum hostium exercitum prope Pleskoviam A. 1502. profligavit, atque ita Joannem Basilii Russorum Ducis filium ad pacem ineundam adegit (e). Dum ista fiunt, Alexander tum Rex Poloniae sacramentum ab Generali Magistro repetiit, sed hic morae faciendae et auxilii interim impetrandi gratia in Germaniam nuper secesserat. Suboderatus hoc Rex ad Papam; Magister vero, eo comperto, ad Imperatorem recurrit. Iulius II. Pontifex summus ad Magistrum perscripsit, ut conditiones pacis adversus Regem observaret: contra ea Maximilianus I. ad Papam et Cardinales epistolam dedit, qua merita Ordinis Teutonico-Equestris in Ecclesiam et S. R. Imperium exposuit, probavitque, Fratres Cruciferos necessitate adactos pacem cum Polonis pepigisse, quae et conditiones Juri divino humanoque oppositas includebat, et firmamentum a Papa atque Caesare numquam acceperat (f): huic et Papa acquievit. Postremo post multa Posnaniam, juri inter utramque partem dicundo, dies constitutus est, in quo lis mota utrinque quidem fuit, non autem composita. Igitur Magister Generalis, ut ad Primatum Germaniae opem confugere faciliut posset (constituto, qui locum in Prussia teneret, Wilhelmo Comite et Domino in Eysenburg (g)) in Germaniam proficisci parat; quum vero aliquantisper res familiares Rochlizii accuratum it, Mors salutaribus ejus conatibus A. 1510. intercessit (h).

Post paullo Magistratus ad Albertum Marchionem Brandeburgensem, Sigismundi Poloniae Regis ex sorore Nepotem, delatus fuit. Hic pariter Avunculo juramentum dicere detrectavit, atque ideo A. 1519. bello ab eodem impeti coepit, quod dum exitiale utrique parti esse Fabianus (i) Varmiensis Antistes observaret, sese eidem interposuit, Regemque non minus ac Magistrum Generalem persuasit, ut ad instaurandam pacem (temperatis tamen conditionibus Ordinem gravantibus, quas ista contineret) animos adverterent. Factum id Thorunii, verum pacificatione forte interrupta, ad arma tantisper reditum fuit; dum A. 1521. Papae, Caesaris et Hungarorum Regis interpositu itidem Thorunii 7. Aprilis die induciae quatuor annorum indicerentur (k). Et jam jam istae ad finem festinabant, quum Albertus, Anno 1524. Noribergae ab Osiandro Lutheri dogmatibus imbutus (l), animum mutavit, et Borussiam cum omnibus ad ipsam adtinentibus, (dimissa Ordinis veste, fide Catholica abdicata, uxore ducta) in clientelam Avunculi sui A. 1525. commisit, a quo, Prussiae Dux creatus, ejusdem partem, quae ducalis dicta, in feudum accepit: (m) atque ita haec Provincia Ordinis Teutonici Fratribus, quorum sanguine et valore expugna- XXXV. *Albertus Marchio Brandeburgensis.*

(e) Schurzfl. l. cit. in Walthero de Plettenberg.

(f) Schüz. p. 403. et 409. b.

(g) Waissel. 259. b. et 261. a.

(h) Id. p. 261. a. Schüz 440. b.

(i) Hartknoch. in A. und N. Preuss. p. 459.

(k) Schüz. 469. a. 471. b.

(l) Venat. 233.

(m) Advertit Becmannus in Hist. Orb. p. II. c. 8. Brandeburgensem Ann. Dom. 1657. ab jure feodi transactionis Velaviensis Articulo IV. absolutum esse.

(M)

expugnata fuit, immo ipsi S. R. Imperio abrepta est (n). Fratrum porro pars Alberti vestigiis inhaeserunt, pars Mergentheimium a Dieterico e Cleen Ordinis, per Germaniam et Italiam Magistro, ad electionem Magistri Generalis evocati fuere, XXXVI. *Waltherus de Cronberg.* in qua sors supra Waltherum de Cronberg cecidit (o), ejusque titulum (nam nunc Magistratus Germaniae et Italiae cum Administratione Prussiae aetatem coaluit) sequens moneta suppeditat. Adversa facies hujus tenoris scripturam exhibet WALTher Von CRONBerg ADMInistrator Des HOCHMAISTerthum IN PREVSSen MAISTer TEVTSCH ORDen In TEVTSCH Vnd WELSCHLAND. Aversa Insignia ostentat, annumque MDXXV. Est et alia, in cujus antica parte legere est: WALTher Von Cronberg Der HOCHMAISTER In PROVSSen MAIST. Teutsches Ordens IN TEVTSCHen Vnd Welschen LANNDen. posticam vero cum anno MDXXXII. sequens gnome occupat: ES BLEIBT IN GEDECHTNVS SO LANNG GOTT WILL (p). Eodem titulo a Carolo V. Imperatore in diplomatibus A. 1529. et 1530. (quibus ipsum in officio suo, simulque Privilegia et possessiones Ordinis confirmat (q), pacta quoque inter Albertum Marchionem et Regem Poloniae inita annihilat) noster honoratus fuit.

Anno 1530. 26. Iulii singulari solennitate sub Dio ab Imperatore feudum accepit; secundo vero post anno in Camera Imperiali Spirae effecit, ut Albertus ritu consueto tamquam *Illegitimus* Prussiae *detentor ob contumaciam* cum sectatoribus suis in *bannum Imperii* propalam declaratus fuerit (r); *Litterae* insuper *Executoriales* datae, quibus Prussiae Ordines ab obedientia Alberto praestanda, avocabantur (s). Totus praeterea in recuperandis instaurandisque Castris fuit, quae perduellis ruricolarum faex, occupata jam antea, diruerat. Fuere ea tempestate subditi territorii Kirchausiensis, qui Ordini fidem suam in illis tumultibus praecipue probavere: hos ille singularibus praerogativis, quibus hucusque potiuntur, prosecutus est. Anno 1526. 1536. 1537. et 1538. in Conventibus Ordinis multa pie et salutariter ordinavit; illud vero, quod Francofurti cum consilio suorum 1529. sancivit, ut quilibet Praeceptorum (t) fidem suam adstringat, 1. se Ordini perpetuo fidelem fore atque in rebus momentosis Fratres Balliviae suae in Consilium adhibiturum. 2. se Capitulis Ordinis interfuturum et promoturum pro virili commoda Ordinis. 3. se sine consensu Magistri Generalis nullum bonorum immobilium venditurum, oppigneraturum aut pessumdaturum. 4. singulis annis, aut, si gravia obstent impedimenta, quovis biennio exacto Balliviam suam ad se visitandam fore etc. Augustae Vindeliciae ab Imperatore confirmatum fuit (u). Caeterum omnibus suis conatibus (quos praeprimis in quinque S. R. Imperii Comitiis, quibus coram adfuit (x) Praedecessorum sedem occupans, adhibuit) eo pervenire non potuit, ut contra Albertum *realem Executionem* ab Imperatore et Imperio, religionis controversiis diviso impetra-

(n) Vid. P. II. n. 63. Cui plura scire volupe est, legat scripta hac in causa utrinque edita. e. g. Preussischer Absfall 1627. 4. et Edit. nov. 1701. Gravamen des Teutsch. Ritter Orden über die Königl. Würde von Preussen. 4. 1701. verthaidigter Ritter-Orden. 4. 1718. Verthaidigtes Preussen etc. Concordata inter Albertum March. et Regem Polon. vernacule Schüz. 495. latine Lunig. in Spicil. Eccl. des T. Reichs-Archiv unter dem Teutsch. Orden n. XLV. exhibent.

(o) Waissel. p. 276.

(p) Ambas in MSS. Eruditissimi Heraei reperi.

(q) Vide Lunig. in T. Reichs-Arch. sub T. Orden. n. XXVI. et in Spicil. Eecl. T. Reichs-Arch. sub T. Orden n. XLIX. cit. Adde Venat. 240. et seqqu.

(r) Gladov. Reichs-Histor. VII. 213. f.

(s) Venat. p. 249.

(t) Ita in antiquis statutis dicitur, quem vernacula Lant-Commenthur, Commendatorem Provincialem vocant.

(u) Venat. p. 254.

(x) Id. 257.

impetraret (y), Anno demum 1543. IV. Aprilis Mergentheimii mortuus et humatus (z). Turbidissima tempora ingressus est, qui ei successit, Wolfgangus Schuzbar, alias Milchling; nam quum is, accepto ab Imperatore Carolo V. feudo (a), hunc copiis militaribus in Bello Smalcaldico adjuvisset, tantum exinde detrimentum cepit, quod 600000. fl. millibus non exaequaretur, et postremo Mergenthemio ad tractum lacus Bodamici, ut se in tuto collocaret, abire debuit (b). Secutum est aliud. Livonia a Polonis, Suecis, et Russis misere hucusque vexata, tandem etiam increscente cottidie hostium vi, per Gotthardum Kettlerum Magistrum Ord. Teut. Livoniensem (*fide Catholica, ac jurejurando Deo et Ordini praestito ab hoc sepositis* (c)) in potestatem Poloniae Regis A. 1561. tradita ea conditione est, ut ille Dux Curlandiae et Semgalliae tum in se, tum in posteris suis perpetuo foret. Leonardus Schurzfleischius, ex quo hoc referimus, hujus casus historiam ita concludit (d): „*Haec talia eodem hoc anno III. Kal. Decembr. Villnae in tabulas relata et a „paciscentibus sancte confirmata ac perfectis sollennibus ad exitum perducta, documento „sunt antiquati hujus Ordinis et extinctae Magistri Livonici dignitatis, quae repetitis „a conditore initiis duravit trecentis quinquaginta sex annis, et in fide, clientela, ac „ditione Imperii Germanici, cujus auspicio inchoata et sanguine majorum acquisita, ac „diu, acriterque defensa permansit ad hoc usque tempus*„.

XXXVII. *Wolfgangus Schuzbar alias Milchling.*

Inter haec adversa nihilominus Wolfgangus Ordini suo summa cum cura invigilavit; quin potius his curis immortuus est; dum etenim Mergentheimium ad 10. Februarii A. 1566. generalia Ordinis Comitia edixisset, sequenti die naturae cessit (e). Ut hujus vicem impleret, Georgium Hund de Wenkheim Fratres elegerunt, Maximilianus secundus confirmavit (f). Is duobus dein in legationibus Georgium adhibuit: quibus noster egregie functus est, etiam in id semper intentus, ut Prussiam et Livoniam recuperaret, sed irrito conatu; quippe quem sexto regiminis laudatissimi anno, Christi autem 1572, mors a proposito revocavit (g). Henricus de Bobenhausen Magistratum postea suscepit, atque inter alia A. 1577. Capitulum Nekers-ulmae convocavit, in quo de transferendo in Ungariam adversus Turcas Ordine Teutonico per Legatos Caesareos tractabatur, quod tamen Ordo plures ob caussas recusavit (h). Annus agebatur 1585, quum Heinricus Maximilianum Archiducem Austriae adjutorem sibi adjunxit, et postea Selusium (Cron-Weissenburg) quietis caussa se contulit: post autem quam ibidem A. 1595. ex hominum vita emigrasset, regimen ipsum adiit Maximilianus (i). Virtus ejus bellica tanta fuit, ut in bello Hungarico contra Turcas Imperator universi Exercitus Christiani A. 1593. poni meruerit, in quo ejus corpus centum Equitum Teutonicorum (hos hunc in finem ex diversis Balliviis collegerat) stipabant. Istud Principis, hoc Superioris religiosi fuit, quod A. 1606. in Capitulo Generali Mergentheimii institutum Ordinis in sanctiorem formam redegerit; atque ita demum exactis 34. regiminis annis 1618. vetus illud verum esse comperit:

XXXVIII. *Georgius Hund de Wenkheim.*

XXXIX. *Henricus de Bobenhausen.*

XL. *Maximilianus Archidux Austr.*

(y) Hess. h. l.
(z) Id. et Venat. 258.
(a) Charta feudi in Chronico Sehrenkii fol. 775, teste Venat. p. 263, habetur, ut et Confirmatio Privileg. Ordinis sub clausulis derogatoriis fol. 779.
(b) Ven. l. c.
(c) Hess. h. l. Add. Venator. p. 338.
(d) Schurzfl. in Hist. Ensifer. p. 176. Conf. Lunig Teutsch. Reichs-Archiv unter dem T. Ord. n. XXIX. XXX. et XXXI. (Chartam nimirum feudalem de qua supra) et XXXII. XXXIII. et XXXV.
(e) Venat. 376.
(f) Lunig. l. cit. n. XXXV.
(g) Hess. l. cit. Venator p. 434.
(h) Vid. Venat. p. 461. etc.
(i) Id. p. 465. etc.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat.

Siquidem Oeniponte mortuus et sepultus est (k). Ergo denuo Administratorem Magistratus Austria suppeditavit, scilicet Carolum Archiducem Austriae, Episcopum Brixinensem. Legaverat Ordini moriens Antecessor 200000. florentinos: sed hanc summam Freudenthalio Silesiae civitate (quae etiamnum Ordini paret) Carolus permutavit, ipseque Ilenburgum ejusdem Provinciae urbem addidit. Posthac a Philippo Hispanorum Rege, ut Lusitaniam ipsius nomine moderaretur, evocatus Madriti inopinanter animam A. 1624. efflavit. Qui hunc insecutus est Joannes Eustachius de Westernach (A. 1545. natus, 1566. Ordinem ingressus, 1625. electus) nonnisi duobus annis rerum summae praefuit, quibus elapsis A. 1627. Mergenthemii 25. Octobris diem suum obiit, Vir de Ordine suo, de Caesare, ita, ut nihil supra, meritus; nam horum caussa gravissima negotia, centies et ultra sibi commissa, in bello, pace, Comitiis Imperialibus, Hungaria et Polonia, diligentissima fide curavit. Suffectus huic a Fratribus Joannes Casparus a Stadion fuit, Caesari jam ante a consiliis sanctioribus, et Senatus Militaris Princeps. Multa hic e republica munia gessit, nam A. 1631. Dietae Compositionis (ita tum appellabatur) Nomine Ferdinandi II. Imperatoris interfuit A. 1632. Tyrolensem provinciam gubernavit. Postremo dum annum ageret septuagesimum, multis Ferdinandi III. Caesaris epistolis agere inductus fuit, ut 1639. Austriae Archiduci Caesaris Fratri, Leopoldo Wilhelmo (Summae bellicae tunc contra Suecos Praefecto) rerum gerundarum arbiter adjungeretur, suscepit tamen onerosum honorem eumque tantisper laudabiliter confecit, dum A. 1641, movente exercitu Brunsuico Erfordium, ipsa Virginis praesentatae die (quam vivus perpetuo coluit) Apoplexia tactus animam Deo in pago Ammern reddidit; corpus porro exanime in Conventum Capucinorum Mergentheimensem (extructam per Joannem et postquam a Suecis dirutum fuit, reaedificatum) transferebatur. Archidux Austriae Leopoldus Wilhelmus posthac Magistratum capessivit. Jam A. 1639, prima die a suscepto Ordinis Teutonico-Equestris instituto, Joanni Adjutor datus fuerat ac proinde ei mortuo protinus in dignitate successit. Praeterea Episcopatum Passaviensem, Argentoratensem, Halberstadiensem, Olomucensem, et Vratislaviensem administravit: quantum vero ipsi ex imperio Exercitus Caesarei contra Suecos et Gallos laudis accesserit, in illorum temporum Annalibus affatim extat; nos illud commemoramus, cum A. 1662. (quo ipso anno 20. Novembris Viennae obiit (l)) Capitulum Ordinis Generale 17. Aprilis celebrasse. Qui huic interfuerint aut ea tempestate in Ordine Teutonico effloruerint, Manuscriptum mox subjungendum et a nobis ea lingua, iisque verbis, quibus in Tabulario Balliviae O. T. Viennensis exaratum superest, uberius suppeditabit.

Margin notes:
XLI. *Carolus Archidux Austr.*
XLII. *Joannes Eustachius de Westernach.*
XLIII. *Joannes Casparus a Stadion.*
XLIV. *Leopoldus Wilhelmus Archidux Austriae.*

CON-

(k) MS. o. 273. in Tabulario Balliviae O. T. Vienn. quod hujus et quatuor subsequentium Magistrorum Generalium vitae vernacula recenset, a nobis latine redditas: finit in Leopoldo Wilhelmo, cujus mortem non enarrat.

(l) Hess. h. l. Transactionem inter Hunc Magistrum Gener. et Status Belgi foederati de pago Gemert hoc A. habitam Vid. apud Lunig. loc. sup. cit. n. XL.

Digitized by Google

CONSIGNATION

Aller des Ritterlichen Teutfchen Ordens Balleyen,

Landt Commenthurn, Statthaltern, Commenthurn, vvie auch anderer in Orden begriffener Cavalier, fo fich Anno 1662. den 17ten Aprilis zu Wienn beym General Capitul, und fonften noch beym Orden in Leben befunden. Alfz folget.

I.

Elfaffz Balley.

Herr Phillips Albrecht von *Berndorff* auf Paüll- und Steinbach Teütfch Ordens Ritter, Landt-Commenthur der Balley Elfaffz und Burgund etc. Commenthur zu Althaufen und Maynau etc.

Commenthurn

Herr Georg Wilhelbmb *Thummen* von Nauenburg T. O. R. Raths gebietiger der Baley Elfaffz undt Burgundt, Commenthur beeder Häufer Rauffach undt gevveiller etc.

Herr Johann Hartman von *Rogenbach* T. O. Raths gebiettiger der Balley Elfaffz und Burgundt, Commenthuren zu brükhen.

Herr Johann Friderich von *Baden* T. O. Raths gebiettiger der Balley Elfaffz undt Burgundt, Commenthur zu Freyburg in Preuffzgau.

Herr Eberhardt *Truchfes* von Rheinfelden T. O. Rath, und Commenthur zu Müllhaufen undt Bafell.

Herr Beat *Segeffer* von Bruneg T. O. R. Commenthur zu Straffzburg, Antlau, undt Kayfersberg.

Herr Heinrich Freyherr von *Muckhenthall* T. O. R. undt Hoffmeifter zu bevelchen.

Herr Philips Albrecht von *Berndorff* auf Pärl, undt Rainbach T. O. R. und Statthalter zu Maynau.

† Herr Wilhelmb Ferdinandt von *Randekh* T. O. R. und Hoffmeifter zu Altfchhaufen.

Herr Georg Chriftoph *Rinckh* von Baldenftein T. O. R.

Obervogt

Franz Theobaldt Lips etc.

II.

Oefterreich Balley.

Herr Hanfs Cafpar von *Ampringen*, Ihr Durchl. Rath Cammerer, Landt Commenthur der Balley Oefterreich, Statthalter zu Freydenthal, und Eulenberg.

Herr Georg Gottfridt Freyherr von *Lamberg* T. O. R. und Commenthur zu Fryfach.

† Herr Johann Panier-Herr von *Tfchernembl* T. O. R. und Commenthur zu Laybach St. Helena undt Neuftädl.

(N) Herr

† Herr Johann Jacob Freyherr *Pranckh*, T. O. R. Commenthur zu Mödling undt Tſchernembl.
Herr Georg Andreas von *Staudrich* T. O. R.
Herr Johann Friderich von *Tſchernembl* Panier-Herr T. O. R. und Commenthur zu St. Georgen.
Herr Seyfridt Freyherr von *Saurau* T. O. R.
Herr Wilhelmb *Mautner* T. O. Prieſter undt Pfarrherr zu Gumpolskirchen.

III.

Coblenz Balley.

Herr Heinrich Freyherr von *Reiſchenberg* T. O. R. und Landt Commenthur zu Coblenz.
Herr Goſſvvin *Scheifhardt* von *Merode*, Herr zu Aller, T. O. R. undt Commenthur zu Coblenz.
Herr Caſpar Chriſtian von *Neuhof* T. O. R. Commenthur zu Waltbraithbach undt Raimbergen.
Herr Johann von *Hall* T. O. R. und Commenthur zu Muffendorff.
Herr Franz Gottfridt *Schirpp* von Lunckhenbeckh, T. O. R.
Herr Franz *Renigs* von Hauſzler T. O. R.

IV.

Etſch Balley. (m)

Herr Johann Jacob Graf von *Thum* Herr auf Caldes, Racca, Rabau, Caſtelburgien und Taſtelpfundt etc. der Hochfürſtl. Durchl. Leopold Wilhelmb Erzherzogen zu Oeſterreich etc. Cammerer, Erbſchenckh der Fürſtl. Stiffter Trient undt Brixen, T. O. R. undt Landt Commenthur der Balley an der Etſch undt in Gebürg.
Herr Virgilius *Vintler* von Plätſch T. O. R. undt Commenthur zu Strazing.
Herr Georg Balthaſar Vintler zu Plätſch T. O. R. undt Commenth. zu Schlandts.
Herr Erenreich von *Preiſach* zu Kazenzungen T. O. R. undt Commenth. zu Wegenſtein.

Ordens Prieſter.

Herr Marx *Praſchen*.
Herr Sebaſtian *Felder*.
Herr Johannes von *Mürbis*.
Herr Bernhardt *Semiger*.
Herr Johannes *Puz*.

V.

Francken Balley.

Herr Johann Freyherr von *Leſch*, Freyherr von Hilkhershauſen T. O. R. und Landt Commenthur in Franckhen.
† Herr Ernſt Freyherr von *Khönigsegkh* T. O. R. Raths gebittiger der Balley Frankhen, und Commenthur zu Hailbrunnen.

Herr

(m) Hae quatuor Balliviae Boruſſicae etiamnum dicuntur.

Herr Philipp Jacob von *Kaldenthall* T. O. R. Raths gebittiger der Balley Franckhen undt Commenthur zu Blumenthal.
Herr Johann Ludvvig von *Rogenbach* T. O. R. und Hauſz Comment. zu Nürenberg.
Herr Philipp Freyherr von *Grauenekh* Rathſz Gebittiger der Balley Franckhen, undt Commenthur zu Kapfenburg.
Herr Johann Bernhard von *Flekhershausen*, genandt Klippel T. O. R. Raths gebiettiger der Balley Franckhen, undt Comment. zu Niernperg.
Herr Johann Friderich von *Knoringen* T. O. R. Rathsgebittiger der Balley Franckhen undt Commenthur zu öchingen.
Herr Franz Rudolph Freyherr von *Haußerg* T. O. R. undt Comment. zu Regenſpurg und Gnighofen.
Herr Ernſt *Schilder* T. O. R. Commenthur zu Mührſtath und Donauvverth.
Herr Johann Wilhelmb von *Zucha* T. O. R. Commenthur zu Harneckh, und Oberambtmann des Schon- berger- gebieths.
Herr Johann Friderich von *VVeingarthen* T. O. R. und Commenthur zu Franckhfurth.
Herr Liborius Chriſtian von *Sparr* T. O. R. und Commenthur zu Winnenthal.
Herr Johann Friderich von *Kall* T. O. R. und Commenthur zu Cronvveiſſenburg.
Herr Johann Adolph *Rau* von Holzhauſen T. O. R. undt Hauſz Commenthur zu Freydenthal undt Eulenberg.
† Herr Egloff Ernſt von *Lützenburg* T. O. R. und Hauſz Commenthur zu Mergenthal.
Herr Hanſz Franz von und zu *Santizell* T. O. R. undt Hauſz Comment. zu Ellingen.
Herr Heinrich Humprecht *Truckhſeß* von Reinfelden T. O. R. und Trappirer zu Mergentheimb.
† Herr Wolff Chriſtoph Adolph von *Traundorff* T. O. R.
Herr Niclas von *Sparr* T. O. R. Bau- undt Kuchelmeiſter zu Ellingen.

Alle Ordens Prieſter.

Herr Heinrich *Lechen* T. O. Prieſter.
Herr Heinrich *Wolpert.*
Herr Georg *VVunder.*
Herr Conradus *Gibl.*
Herr Hanſz Caſpar *Hierle*, Seminarii Director in Mergentheimb.
Herr Maximilian *Lindex*, Dechant zu Troppau.
Herr Johann *Pögler*, Stadt Pfarrer zu Mergentheimb.
Herr Octavianus *Khuen*, Pfarherr zu Korneckh.
Herr Andreas *Grambach*, Pfarrherr zu Boxberg.
Herr Wilhelmb *Schmidt*, der Commenda Ulm Pfarrherr.
Herr Franciſcus Xaverius *Kuſch*, Pfarrherr zu Erlenbach.
Herr Melchior *Jacobi*, Pfarrherr der Commenda Nürnberg.
Herr Eberhardt *Cronburg* Pfarrherr zu Siernsberg.

VI.

Alt Bieſen Balley. (n)

Teutſch Ordens Ritter.

Herr Gottfridt Freyherr von *Bobolz* undt Brey etc. T. O. R. und Landt Commenthur der Balley Bieſen, Commenthur zu Maſtrich.
Herr Wilhelmb von *Neuhoff* zu Edlbrach Commen. zu Sierſtorff.
Herr Heinrich Freyherr von *Schenkh* zu Niedeggen, Comm. zu Bernsheimb.

(n) Alias Ballivia Juncetaria.

Herr Johann Franz Freyherr von *Lützenrode* Commenthor zu Jung Piesen in Cöllen.
Herr Ambrosius Freyherr von *Virmundt*, Comment. zu Germeth.
Herr Johann Adrian Freyherr von *Bylandt* Commenthur zu Grüterode undt Feücht.
Herr Caspar Freyherr von *Senckh* zu Mideggen, Comment. zu Oedingen, und Holt.
Herr Johann Sieger von *Spiß*, Statthalter der Commenthurey zu St. Stilis in Anchen.
Herr Ferdinandt Freyherr von *Rolzhausen* Statthalter der Commenthurey Nammerdorff.

Ordens Priester.

Do. Georgius *Morkerius*, Persona Ecclesiarum SS. Andreae et Gangulphi Leodii, Balliviae Capitularis.
D. Guilielmus *Natten*, Scheffenarius in Aldenbiessen.
D. Thomas *Vervoort*, Praeses Collegii Teutonici Lovanii.
D. Guilielmus *Moreus*, Senior Convent. Trajectensis.
D. Nicolaus *Berden*, Conventualis.
D. Johannes Van der *Heyden*, Oeconomus Commendae Juncetariae Trajecti.
D. Guilielmus Garetius, Sacrist. Eccl. Juncetanae Trajecti.
D. Joannes *Evix*, Pastor in Gemest.
D. Ludovicus *Vrydach*, Pastor in Averepen.
D. Henricus Stacls, Pastor in Haeren.
D. Servatius *Groessels*, Pastor in *Feuchl*.
D. Edmundus *Henkhelii*, Pastor in Bekh.
D. Tillmannus von der *Mees*, Pastor in Grutrodt.
D. Leonhardus Lichmans, Pastor in Berkevort.
D. Guilielmus *Lennats*, Pastor in Ordingen.
D. Peter Franciscus *Ben*, Oeconomus Commendae Provincialis in Veteribus Juncis.
D. Simon *Dionysii*, Pastor in Sierstorff.
D. Gerardus *Sauvem*, Sacellanus in Beckh.
D. Joannes *Aldenhuysen*, Novitius.
D. Petrus von *Hinodeel*, Novitius.

VII.
Balley Westphalen.

† Herr Augustin Ostvvalt Obrister von *Liechtenstein*, T. O. R. Landt-Comment. der Balley Westphallen, vvie auch Teutschmeisterischer Statthalter zu Mergentheimb.
Herr Johann Winoldt von *Westromb* T. O. R. Obrister undt Comment. zu Bemkhl.
Herr Franz Wilhelmb Freyherr von *Fürstenberg* T. O. R. undt Comment. zu Duniszburg.
Herr Hunoldt von *Pletenberg* T. O. R. und Commen. zu Osznabrukh.
Herr Eberhardt von *Delbvvig* T. O. R. undt Comm. zu Waldenburg.
Herr Otto von *Paar* T. O. R. Hausz Commen. zu Mölhaimb.
Herr Rab Heinrich von *Westromb*. T. O. R.
† Herr Heinrich von *Epp*. T. O. R. Hausz Comm. zu Möhlheimb.
Herr Johann *Hesselman* T. O. R. zu Münster.
Herr Casparus *Uhrvvekher*, T. O. R. zu Möhlheimb.
Herr Arnoldt *Darsten*, T. O. R. zu Möhlheimb.

VIII.

VIII.

Lothringen Balley.

Herr Lotharius *Brauen* von Schmidtbar T. O. R. Landt Commen. in Lothringen.
Herr Johann Chriſtoph von *Teutſch* T. O. R. Com. zu Saarbrückh.
Herr Raymundt Freyherr von *Heldern*, T. O. R. Commen. zu Lüzenburg undt Einſidl.
Herr Damian Adolph von *Arsbekh*, Herr zu Sereich T. O. R. Com. zu Khauffmans-Sarburg, Haubtman unter dem Kaiſerſtainiſchen Regiment.

Ordens Prieſter.

Herr Peter *Schenckh.*
Herr Johann *Edings.*

IX.

Heſſen Balley.

Herr Adolph *Eykhl* von Nardeckhen zu Rubemaur, undt Commenthur der Balley Heſſen, undt Commen. zu Marpurg T. O. R.
Herr Philipp Leopold von *Neuhofen* Comm. zu Griffſtath, T. O. R.
Herr Alhardt Joſt von *Weſtphalen* Comm. zu Ober Flörſchheimb T. O. R.
Herr Georg Eykhl *Rau* von Holzhauſen Trappierer in Marpurg. T. O. R.
Herr Franz Mordian von *Geischseimb* Vogt zu Marpurg. T. O. R.
Herr Moriz von *Mordekh* zu Rabenau Marſchalkh zu Marpurg T. O. R.

X.

Balley Sachſen. (o)

Herr Johann Daniel von *Priort*, der Ballej Ober undt Nider Sachſen Landt-Commen. zu Luckhlium und Bergen Comment. T. O. R. und Erbherr auf Priorth.
Herr Rudolph *Klenkhen*, der Balley Sachſen Commen. zu Göttingen. T. O. R.
Herr Arndt von *Sundau*, der Ballej Sachſen Commen. zu Langlum. T. O. R.
Herr Melchior *Spiznaſen*, der Ballej Sachſen Commen. zu Ackhen T. O. R.
Herr Burkhardt von *Kran*, der Bal. Sachſ. Commen. zu Bur T. O. R.
Herr Bethman Franz von *Bening* T. O. R. und Comm. zu Dominz.
Herr Wolff Hildebrandt von *Guſtedl* T. O. R. und Commen. zu Dansdorff.
Herr Wolff Ludvvig von *Spiznaſen* T. O. R.
Herr Johann Friderich von *Billau* T. O. R.

Be-

(o) His Balliviis addenda Thuringica, quam nuper adhuc Chriſtianus Auguſtus Dux Saxoniae S. R. E. Cardinalis etc. p. m. poſſedit. Caeterum notandum Balliviae Haſſiacae alternis vicibus e Catholicis, Calvini, Lutherique affeclis quempiam praefici. Sunt et in Ballivia Saxonica e Proteſtantibus Commendatores, qui conjugio abſtinent, ſtatas preces perſolvunt, Magiſtroque Generali per omnia Catholicorum inſtar, ſubſunt.

Bediente.

Herr Andreas *Kruse* J. utriusque Licent. Eines Hochmeist. Thumb-Capitels zu Halberstath, und deß Löbl. Teütsch Ordens Wolverordtneter Rath und Syndicus.

Jacobus *Tappius* der Balley Sachsen Secretarius.

In hoc Capitulo Leopoldus Carolum Josephum ex Fratre Nepotem successorem sibi ex consensu Fratrum designavit, sed hic, electus pariter Passaviensis Episcopus, ob annorum defectum Clavum nonnisi per substitutos sibi directores tenuit, alteroque ab obitu Patrui anno (scilicet 1664.) Viennae morte praereptus fuit. Vocatus in ipsius locum Joannes Casparus ab Ampringen Balliviae Viennensis Praeceptor XLI. (p) et Ordinis, nomine Leopoldi Caroli Director. Magno Ordinis emolumento id factum fuit, nam noster hic et Pontifici Romano, quum sub Praedecessore Legatum in Germania Pontificium ageret, familiaris admodum, et apud Imperatorem maximo pondere fuit. Ille privilegia Equitum Teutonicorum A. Dom. 1677, Pontificatus primo, 8. Januarii Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris ponderose constabilivit (q): Iste Joannem Supremum Utriusque Silesiae Capitaneum voluerat: ast obstitit mos genticus, ex quo nonnisi Princeps Silesius quispiam hanc spartam ornare debebat: igitur Leopoldus M. Imperator Freudenthalium Ordinis Teutonico-Equestris civitatem, quoad Joannes viveret, Principatum constituit, atque ita ad finem sibi praefixum pervenit. Sed longum nimium foret singula fusius enarrare, taliaque quae oculis nostris etiamnum obversantur. Transeundum itaque ad mortem Viri immortalitate digni; hanc anno 1684. Vratislaviae communi omnium luctu subiit, Freudenthalii in Templo Ordinis tumulatus:

XLVI. *Joannes Casparus ab Ambringen.*

XLVII. *Ludovicus Antonius Comes Palatinus Rheni.*

Leniit autem conceptum ob ejus obitum dolorem Successor Ludovicus Antonius Comes Palatinus Rheni e Serenissima Domo electorali Neoburgica, domi bellique clarissimus; quam ob rem Carolus Lotharingiae Dux, at quantus Vir! tali eum elogio mactavit, quod in consiliis callidus, in exequendo promtus, in repentinis celer fuerit. Adhaec Hispanis, Lusitanis, Italis, Anglis, quibus in terris suis coram adfuit, gestis laudabilibus nomen suum commendavit, et Ordinis praeprimis, dein Ecclesiae Moguntinensis, Wormatiensis, ac Praepositurae Elvacensis (in illa adjutor, in posterioribus Praesul fuit) emolumentis pro virili serviit. Leodiensi autem Templo, quae commodo quoque suo hunc sibi Episcopum desideravit, morbus nostri inopinus spem praecidit; ex eo enim mox post electionem Leodiensi in urbe 1694. vitam finivit (r). *Finis nunc opus coronat*, Antecessorum seriem Franciscus Ludovicus Comes Palatinus Rheni e Serenissima Domo Neoburgico-electorali, Praedecessoris Germanus hic loci finiat, quippe quem eodem anno Magnum Ordinis Teutonico Equestris Magistrum, Episcopum Wormatiensem, et Praepositum Ellvacensem factum esse; Antistitem vero Vratislaviensem jam ante fuisse, memoriae annales prodiderunt. Accessit his honoribus 1710. in Ecclesia Moguntina Adjutoris munus, Sex postea annis Electoratus Trevirensis, cujus caussa officium Capitanei Supremi utriusque Silesiae, in quo tribus et triginta annis versatus fuit, deposuit. De turbis porro, quas sub hujus Magistratu Prussia Ordini dedit, legendus

XLVIII. *Franciscus Ludovicus Comes Palatinus Rheni.*

(p) Vid. P. III. p. 44.

(q) Apographum Bullae cum aliis quibusdam huc pertinentibus Insignis Musarum nostrarum Fautor, Reverendissimus ac Illustrissimus D. D. Godefridus, Abbas Gotvvicensis communicavit nobiscum.

(r) Hess. hoc loco, et passim historici.


dus Liber hac ſuper re typi beneficio evulgatus atque ita inſcriptus. *Höchſt- abgenoethigtes Gravamen des hohen Teutſchen Ritter-Ordens über den ſeiner Churfürſtlich Durchl. zu Brandenburg vor einigen Jahren anmaſslich zugelegten Titul. EINES HERTZOGEN, und nunmehr gar von eigener Macht vermeintlich- angenommene* Koenigliche Würde *von Preuſſen mit beygelegter Hiſtoriſcher vvarhaffter deduction des klaren Rechtens, ſo das Heil. Roem. Reich, und ein Zeitlicher Hoch- und Teutſch-Meiſter, als des genannten Ordens Ober-haupt auff das Lanndt von Preuſſen und deſſen zu behoer hat.* Nos huic Libello epiſtolam addimus, quam Clemens Papa XI. in rem praeſentem ſcripſit.

Dilecto Filio, Nobili Viro *Comiti Palatino Rheni Adminiſtratori Eccleſiae Vratislavienſis, Ordinis Teutonici magno Magiſtro, Clemens* PP. XI.

Dilecte Fili, Nobilis Vir ſalutem! Paterna illa charitate, qua nobilitatem tuam et militarem *Teutonicorum* Ordinem, cui praeficeris, unice proſequimur, nos admonente ac prope impellente praevenimus preces tuo nomine ad nos delatas, quibus enixe a nobis petebas, ut illatae eidem Ordini per *Fridericum Marchionem Brandeburgenſem* novae, gravique injuriae auctoritate noſtra occurreremus. Ubi enim certo nobis innotuit, eumdem Marchionem REGIS PRUSSIAE nomen publice ac ſolemniter uſurpaſſe, quaſi praeſumeret ſpecioſa hujus tituli acceſſione jura legitimae auctoritatis acquirere in ea Provincia, quam memoratus Ordo ab Infidelium manibus ſtrenua virtute olim receptam tamquam firmiſſimum murum pro Domo Iſrael, quae eſt Dei Eccleſia, contra ejusdem perpetuos hoſtes opponere ſtatuerat, dedimus ad Orthodoxos Reges accuratas litteras (s), quibus ipſos vehementer hortati ſumus, ne ulla regii honoris ſignificatione acatholici hominis ambitum fovere vellent, ac reſecto prorſus erga eumdem omni officiorum conſortio propriae dignitati ac religioni proſpicerent. Mox autem coram Venerabilium FF. noſtrorum S. R. E. Cardinalium collegio libera ac Sacerdotali voce factum hujusmodi improbavimus ac late proſecuti ſumus, quanto Eccleſiae Dei contemptu infectus haeretica labe Princeps, reclamante Apoſtolicarum Sanctionum auctoritate, Regiae dignitatis inſignia profano ritu occupata praeferret; quam etiam incaute eorum numero ſe junxiſſet, quos increpat ſimul ac reprobat Sermo ille divinus: *Ipſi regnaverunt, et non ex me Principes extiterunt, et non cognovi.* Inprimis autem ob oculos omnium poſuimus laeſa malitiae veſtrae jura, quod in magnum univerſae Chriſtianae Reipublicae detrimentum et dedecus vertebatur. Ex quibus omnibus confidimus, te pro ſpectata tua prudentia facile intellecturum eſſe, nos, in quantum in nobis erat, tantae obſtitiſſe licentiae ac Pontificia vigilantia adfuiſſe, nec defuturos eſſe impoſterum, ubi ex re fore arbitrabimur, *piae aeque ac juſtae Cauſae, quam merito omni ſtudio curat nobilitas Tua*, cui in multae felicitatis auſpicium Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum *Romae* die XIV. Maji, A. D. M. DCC. II.

(s) Prima inſcribitur: Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Leopoldo Hungariae et Bohemiae Regi Illuſtri, in Romanorum Imperatorem electo. Data eſt Romae 16. Aprilis 1701. Altera ita incipit: Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Regi Chriſtianiſſimo. Data eodem die et anno. (Simili exemplo ad Reges Hiſpaniae et Portugalliae ſcriptum eſt) tertia ſic habet: Dilectis filiis, Nobilibus Viris, Duci et Reipublicae Venetiarum etc. Quartae initium eſt. Dilecto filio Noſtro Joanni Philippo Titulo S. Silveſtri in Capite, S. R. E. Presbytero Cardinali de Lamberg nuncupato etc. Hos omnes hortatur Sanctiſſimus Pater, ut Marchioni Brandeburgenſi Regis Titulum abnegent, et Pruſſiam Ordini Teutonico vindicare conentur. Extant harum litterarum Apographa nunc in Tabulario O. T. Viennenſi.

Supereſt, ut verba Clmi Heſſi, quibus Sereniſſimum Ordinis Teutonico-Equeſtris hoc aevo Magnum Magiſtrum depingit, noſtra faciamus; ea haec ſunt. *„Diſperſas in Praedeceſſoribus virtutes in hoc uno in compendio intueri licet, quas ſicut „ſupplices venerantur ſubditi, totumque ſuſpicit Imperium, ita eas et Principis modeſtia et „rei magnitudo condigne referre non ſinunt. Loquitur cum variis, quibus praeeſt, Ger- „maniae Eccleſiis (quarum nulla non aut opum aut operum Magnificentia gloriatur et „gaudet) Inclytus Ordo Teutonicus, qui ſub ſapientiſſimo tanti Principis regimine tutus „exultat. Loquitur tota Germania, in qua omnibus abſolutiſſima boni, juſti, et pii Prin- „cipis Idea audit. Loquitur denique Univerſa Europa, quam virtutum ſuarum fama „ad ſtuporem implevit. Deus igitur Tantum Principem, Patriae tam ſalutarem, tam glo- „rioſum Imperio, ſervet in ſaecula, faciatque, ut ab eo (cui Romanorum Imperatorem „unquam eligere in votis non eſt) Romanorum e ſtirpe Auſtriaca Regem coronari, „Catholicus orbis applaudat „.* Addo ego, et ex corde, utinam! faxit DEVS!



Digitized by Google

PARS II.

CHARTAE

QUAE VEL

ORDINEM TEUTONICUM

GENERATIM SPECTANT,

VEL AD

BALLIVIAM AUSTRIACAM

NULLO MODO REFERUNTUR.



Digitized by Google





I.

Bulla Adelberti Saltzburg. Archiep. II. h. n.
A. 1170.

✠ Go *Adelbertus* Dei gratia *Salzburgensis* Archiepiscopus Omnibus Christi Fidelibus in perpetuum. Pro debito nostri Officii stabili tenore omnibus Fidelibus sua jura conservare volentes in exhibendis potioribus beneficiis amicorum nostrorum et Familiarium justas petitiones admittendas censemus: Quam ob rem fidelibus nostris, Dominae *Chunigundi* et filio suo *Heinrico* de *Tunchilstaine*, qui Capellas duas in villis suis, *Eberharstorf* videlicet et *Lintbach* fundaverunt et dotaverunt, ipsorum devotionis obtentu indulsimus eis, ut eaedem Capellae petitione eorum proprium habeat Sacerdotem et liberam sepulturam in eisdem tantum villis, in quibus Ecclesiae sitae sunt et baptismum, praeter legitimum Baptisma in Sabbato S. Paschae et Pentecostes, quod jure matricis Ecclesiae Plebanum respicit de *Walthstorf* - - Concessimus etiam, ut in Sabbato S. Paschae et Pentecostes unius infantis baptismus illic celebretur *propter celebritatem divini officii.* Nostro quoque mediante consilio pro recompensatione libertatis praedictarum Ecclesiarum D. *Chunigundis* cum filiis suis potestativa manu tradidit vineam matrici Ecclesiae *Walthstorf* cum toto jure suo liberam ab omni exactione, quae fuit *Diethmari* de *Tunchilstaine. Placita Christianitatis* et Satisfactiones poenitentium in eisdem villis Plebanum respicere debent. Hanc itaque Pontificalem concessionem et conventionis tenorem praesentis cartulae auctoritate et sigilli nostri impressione sub *banno nostro* communire decernimus et in aeternum valitura roboramus. Hujus rei testes sunt, *Liupoldus* Praepositus *Vorovv: Meingotus* Decanus majoris Ecclesiae, *Udalricus* de *Hatherburg*, *Henricus* de *Rudkersbach*, Plebani; *Etholdus* Ministerialis Marchionis de *Emberberg*, *Gotscalcus* Junior de *Nithberg*, *Otto* de *Hophovve*, *Gothscalcus* et *Diethbrant* de *Sauen*, *Gothscalcus*, de *Seilthgoben*, *Hartfrith* de *Stainbach*, *Balduvvinus* de *Stainbach*. Acta sunt haec Anno M°. C°. LXX°. Incarnationis Dominicae, Pontificatus autem nostri anno ij, iij. Non. Octobris, feliciter amen.

R S. E

II. Bulla

II.

Bulla Honorii III. Papae.

A. 1219.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magistro et Fratribus Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* Jerosolymitani S. et A. B. . Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur Nobilis Vir *Albertus* Comes de *Bogen* et clarae memoriae *Bertholdus* Frater ejus eorum praedium in *Lusche* cum suis honoribus, terris cultis et incultis, aquis et omnibus pertinentiis suis pro sua et progenitorum suorum salutae Domui vestrae contulerunt, sicut in litteris inde confectis perspeximus plenius contineri, nos vestris justis precibus inclinati, praedium ipsum cum omnibus ad illud pertinentibus, sicut illud juste possidetis, et in praefatis literis continetur, Vobis et per Vos eidem Domui vestrae auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum *Laterani* xvij. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno tertio.

III.

Bulla Honorii III. Papae

A. 1222.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis etc. Non sine gravi Apostolicae Sedis injuria et grandi contumelia Creatoris quidam, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, Dilectos Filios, Fratres Domus Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum* Jerosolymitani *ab Ecclesia Romana specialis privilegii praerogativa donatos et deputatos specialiter servitio Jesu Christi* occasione Concilii Generalis plus debito et amplius solito gravare praesumunt, novis et inexquisitis eos molestiis affligentes: propter quod Eleemosyna, quae solebat proficere pauperibus Christi et subsidio terrae S. sic est per iniquitatis dispendium angustata, quod eadem est ex parte maxima diminuta. Praeterea *libertates et indulgentias ab Apostolica Sede concessas per malitiosae interpretationis calumniam pervertentes ipsis temere se opponunt*, nec Confratres eorum, et eligentes in eorum Ecclesiis sepulturas, qui nec excommunicati sunt, nec nominatim etiam interdicti, permittunt apud se libere sepeliri. Exhortationem quoque ad populum pro recipiendis eleemosynis consuetis, Confratrias etiam ipsorum, quae praecipue nullis aliis interpositis esse debent, impediunt pro suae arbitrio voluntatis: propter hoc tantum eorum profectibus invidentes, *quia vident eos causam pauprum, immo Ejus, qui simul in unum voluit esse dives et pauper, relictis mundi vanitatibus procurare.* Cum igitur praedicti Fratres *post Deum nullum habeant, praeter Romanum Pontificem, defensorem*, Universitati vestrae per Apostolica scripta districte praecipiendo mandamus, quatenus eos (immo Christum in eis, cujus S. servitio deputati) recipientes honorifice ac benigna charitate tractantes ipsos occasione Concilii nec gravetis indebite, nec patiamini ab aliquibus temere molestari: et, *cum ipsius sit interpretari jura, qui condere ipsa potest*, a superstitiosa inrerpretatione Concilii curetis vos ipsos et alios cohibere, ac Confratres ipsorum et alios eligentes ex pietate in eorum Ecclesiis sepulturas (dummodo non sint excommunicati, vel nominatim interdicti, aut publice usurarii) dimittatis apud eos publice sepeliri, salva justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Et si dicti Fratres, vel eorum nuntii semel in anno ad Vos, vel ad Ecclesias venerint vestrae jurisdictioni subjectas, eleemosynas

ſynas in pace quaerere ac exhortari populum permittatis, nullis Confratriis aliis interpoſitis ea die. Populum nihilominus veſtrum moneatis et efficaciter inducatis, ut eorum Fraternitates aſſumere, ac legata eis in ultima voluntate relicta, et alia illis beneficia ſine difficultate ſtudeant exhibere. Nos vero eis, qui dictis Fratribus manus porrexerint pietatis, ſi vere fuerint poenitentes, juxta devotionis affectum et ſubſidii quantitatem ſuorum peccaminum veniam pollicemur; praeſentium Vobis auctoritate mandantes, ut praeſentes literas, quoties a dictis Fratribus fueritis requiſiti, per veſtras faciatis diocefes et parochias publicari, et ſubditos veſtros, qui ſuper praemiſſis eis impedimentum praeſtiterint, vel gravamen, cenſura canonica ſecundum officii veſtri debitum compeſcatis. Datum *Laterani* viij. Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno quinto.

IV.

Bulla Honorii III. Papae

A. 1222.

H*Onorius* Epiſcopus . . . VV. FF. Archiepiſcopis et Epiſcopis etc. Gravis illa et nimis dolenda ruina; quam dilecti Filii Fratres Hoſpitalis S. Mariae *Teutonicorum* Jeroſolymitani pro defenſione Fidei Chriſtianae diebus noviſſimis pertulerunt, illum debet Ipſis et ſuis domibus in oculis omnium impetrare favorem, ut ad eorum conſolationem et remedium tam importabilis excidii detrimento piae compaſſionis exhibendae obtentu ſinguli ſponte currere debeant potius, quam aliorum expectent ſuggeſtionibus invitari. In hoc enim articulo per experimenti certitudinem evidentius apparebit, quis Zelum Dei habeat? quis injuriam populi Chriſtiani et tam enorme *Orientalis* populi detrimentum pro amore Domini et fidei Chriſtianae conſtantia deſideret propulſare. Cum igitur retributionem largitatis exoptare divinae ſecura confidentia valeat, quisquis tam gravis neceſſitatis articulo praedictae Domui ad tanti reparationem exterminii ſubſidium de bonis temporalibus ſtuduerit impertiri: Univerſitatem veſtram hortamur in Domino, rogamus etiam attentius et mandamus, quatenus ſubjectos veſtro Regimini populos moneatis et per urgentiſſimae pulſationis inſtantiam inducatis (ſicut fieri poſſe celerius et commodius cognoſcetis) ut ob peccatorum ſuorum remiſſionem non eis tantum, ſed potius Univerſitati Catholicae de bonis ſuis, quae de manu divini beneficii perceperunt, ſubſidium non differant exhibere. Res enim tam urgentis et immenſi diſcriminis moram non patitur, ſed in ictu oculi, ſi poſſet fieri, remedium exigeret feſtinatum. Dat. *Laterani* vj. Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno quinto.

V.

Bulla Honorii Papae III. (a)

A. 1225.

H*Onorius* Epiſcopus S.S. D. Venn. FFr. Patriarchis, Archiepiſcopis, - - - S. et A. B. Quia plerumque veritatis integritas per minorem intelligentiam, aut malitiam hominum depravatur, non videtur incongruum, ſi ea, quae non manifeſta dicta videntur, ad omnem ambiguitatis ſcrupulum amovendum eviden-

B tius

(a) Pari ratione hunc Ordinem ab omnibus decimis exemit *Martinus* V. Pontifex, cujus bulla (in qua juxta omnes immunitates Equitibus Teutonicis a Praedeceſſoribus collatas confirmat) data Florentiae xvj. Kal. Junii, Pontificatus ſui anno II, hunc in modum Ordinis de Eccleſia merentiſſimi elogium dicit: *Laudibus et honore digniſ-„ſima religio veſtra ab ipſius inſtitutione felici per latitudinem orbis terrae diverſitate virtutum,„ ſemper enituit et veſtrorum claritate meritorum oculis SS. Eccleſiae frequenter infulſit „* etc.

tius exponatur et turbatoribus veritatis omnis auferatur contradictionis occasio, quatenus ea, quae dicta sunt, nulla valeant obumbratione fuscari. Accepimus autem, quod cum dilectis Filiis Magistro et FF. Domus Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum Jerosolymitani* duxerimus concedendum, ut de laboribus, quos propriis manibus, vel sumptibus excolunt, de possessionibus habitis ante Concilium Generale nemini decimas solvere teneantur, quidam ab eis nihilominus post celebrationem generalis Concilii contra indulgentiam Sedis Apostolicae decimas de praedictis possessionibus exigere ac extorquere praesumunt, ac prava et sinistra interpretatione Apostolici privilegii Capitulum *Perveniente* asserunt de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse scriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus, qui recte sapiunt, interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum Capitulum illud a solutione decimarum, tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam de terris etiam cultis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes: ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel quomodolibet ipsos contra justitiam molestandi, Vobis per Apostolica scripta mandamus et districte praecipimus, quatenus omnibus Parochianis vestris auctoritate Apostolica prohibere curetis, ne a memoratis Fratribus de novalibus, vel aliis terris post dictum Concilium acquisitis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalibus suorum nullatenus decimas exigere vel extorquere praesumant. Nam si de novalibus tantum vellemus intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus etc. Dat. *Laterani* x. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno octavo.

VI.

Diploma Friderici II. Ducis Austriae, vulgo Bellicosi
A. 1240. *

IN nomine S. et individuae Trinitatis, amen. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austriae* et *Styriae* Omnibus Christi fidelibus - - Cum Viri Religiosi FF. Hospitalis S. M. *Teutonicorum* in *Jerusalem suis exigentibus meritis* tam a Sede Apostolica quam a Sacro Imperio, et a dilectissimo Patre nostro felicis memoriae *Leupoldo* Duce *Austriae* ** multorum privilegiorum gaudeant libertate etc. [*Confirmat privilegia Ord. Teutonici*] Datum et Actum *Wiennae* in Nativitate Domini post compositionem et concordiam inter Dominum nostrum Imperatorem et Nos sollenniter celebratam, anno Incarn. Dom. M°. CC°. XL° Indictione xiij^a^. coram testibus subnotatis videlicet, Ven. P. *Heinrico* Episcopo *Seccoviensi*, et D. *Leutoldo* Archidiacono *Karinthiae*, Magistro *Ulrico* de *Kirchberch*; et nobilibus Viris, *Chunrado* de *Hardekke* et *Ulrico* de *Peccaz*; Comitibus *Leutoldo* et *Ulrico* Fratribus de *Wildonia*, *Chunrado* de *Hintberch*, *Friderico* et *Hertnido* Fratribus de *Petovve*, Heinrico de *Hackenberch*, et aliis quam pluribus fide dignis.

VII.

Bulla Innocentii Papae IV.
A. 1243.

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus FF. Archiepiscopis etc. Decet Pastoralis solicitudinem dignitatis pravas et enormes iniquitates evellere, et vitia, quae periculum pariunt animarum, radicitus amputare. Detestandum siqui-

* In sigillo utrinque Eques armatus, equum ad cursum incitans, conspicitur etc. Vide *Austr. ex Archivio Mellicensi illustratam Tab. III. n. 5.*

** IV. Austriae Duce, alias *Gloriosi.*

quidem facinus et plurimum abhorrendum per diversas mundi partes accepimus pullulare, quod quidam avaritiae amore caecati potius, quam Zelo religionis accensi nigras cruces, quas FF. Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* deferunt, sibi imponere et eas minime portare verentur, ut sic possint sub tali velamento eleemosynas pauperibus deputatas colligere, et sibi animarum perniciem generare. Quocirca Universitati vestrae per Apostolica Scripta mandamus, quatenus eos, qui crucem nigram portandam assumunt, aut signum, quod dictorum FF. homines deferunt et oblati, cum non sint de professione ac Collegio ipsorum FF, omni cum districtione compellere studeatis, ut a tanta stultitia et errore desistant, et Crucem ac dictum signum nulla ratione ulterius deferre praesumant. Si quis vero a vobis commonitus a sua noluerit temeritate cessare, in eum Ecclesiasticae animadversionis gladium auctoritate nostra, omni occasione et appellatione postposita, exeratis. Datum *Laterani* x. Kal. Maji, Pontificatus nostri anno primo.

VIII.

Diploma Conradi IV. Rom. Regis.

A. 1243.

C*onradus* Divi Augusti Imperatoris *Friderici* Filius Dei gratia Romanorum in Regem electus Semper Augustus et Heres regni *Jherosolymitani*, per praesens scriptum notum facimus universis tam praesentibus, quam futuris, quod Venn. FF. Hospitalis S. Mariae Domus *Teutonicorum* in *Jherusalem* dilecti nobis, subscriptum privilegium indultum eis a D. Patre nostro *Friderico* Rom. Imperatore Serenissimo, Semper Augusto nostrae Excellentiae praesentarunt, devote supplicantes, ut idem privilegium innovare, ratum habere et confirmare de nostra gratia dignaremur: hujus itaque privilegii tenor per omnia talis erat.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus, *Jerusalem* et *Siciliae* Rex etc. [*Fratri* Hermanno *Magistro Hospitalis* S. Mariae Teuthonicorum in Jerusalem et Ordini suo terra quaedam inculta „de orto *Acconensis Episcopi* usque ad„ *terminos terrae Jennensium* et alio latere, de *via*, quae ducit *ad Saphas* usque ad *flu*-„ *vium*„ *confertur*.] Hujus autem rei testes sunt: *Balianus* Dominus *Sydonis*, *Otto* de *Montebeliardo* Regni *Jerosolymitani* Comestabulus (a), *Warnerus Theotonicus*, Fr. *Terrisius* Praeceptor Domorum Hospitalis *S. Johannis* in *Apulia*, *Zaccarias* Senescalcus *Antiochiae*, *Thomas* Comes *Acerrae*, *Manfridus* Marchio *Lanza*, *Berrardus* Comes *Loreti*, *Riccardus* Camerarius et alii quam plures. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, Ducentesimo, Tricesimo primo, Mense Decembris, quintae Indictionis, Imperante Domino nostro *Friderico* Dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, *Jerusalem* et *Syciliae* Rege, anno Imp. duodecimo, Regni *Jerusalem* septimo, Regni vero *Syciliae* tricesimo quarto, feliciter amen. Datum *Ravennae*, Anno, Mense et Indictione praescriptis.

Nos igitur - - universa et singula, quae continentur in ipso innovamus, ratificamus et pro salute paterna et remedio peccatorum charissimae matris nostrae clarae memoriae liberaliter confirmamus - - Hujus itaque rei testes sunt, *Heinricus* Venerab. *Babenbergensis* electus, Magister *Philippus* Decret. Doctor, *Rindesmulus* Custos *Babenbergensis*, *Godefridus* et *Conradus* Fratres de *Hohenlo*, *Cunradus* de *Smidelvelt*, *Ulricus* de *Kunegestein*, et alii quam plures.

(a) Si firmum ab Ortographia veterum argumentum peteretur, confirmaretur hic opinio eorum, qui *Té Connestable* a *Comes stabuli* deducunt: etsi alii a *Kunig* (Germ. *Rex*,) & *stappel fulcimentum* derivent, quod Rex eodem ceu fulcro in negotiis gerundis nitatur. Vid. *Dictionnaire Etymologique* par C. B. v. *Connestable*.

Actum anno D. Millesimo, Ducentesimo, Quadragesimo tertio, Mense Decembri, Indict. secunda. Dat. apud *Norinberc*, Anno, Mense, Indictione, praescriptis.

IX.

Diploma Belae Regis Hungar.
A. 1244.

B*Ela* Dei gratia (a) *Hungariae*, *Dalmatiae*, *Croatiae*, *Ram. Serviae*, *Galliciae*, *Lodomeriae*, *Cumaniaeque* Rex - - - volumus fieri manifestum, quod nos Terras *Ketzeley* et *Suk* ad castrum nostrum *Flitense* et Terram *Zela* ad Castrum *Sulgagenriense*, pertinentes - - Fratribus de Domo *Teutonica* Hospit. *S. Mariae* et ipsorum Domui, quos, ob familiaritatem et servitium devotum nobis et coronae regiae multipliciter impensum, recommendatos habuimus in visceribus charitatis, in perpetuam elemosinam duximus conferendas etc. „[Concedit *Ordini Teut.* omnia privi„legia generatim, quibus *Templarii* et Equites *S. Johannis* in eodem regno perfruun„tur; hoc autem praeprimis, quod populi in bonis eorum congregati vel congregan„di solius Villici ab O. T. constituti jurisdictioni subjaceant, qui ipse nonnisi coram „Rege conveniri poterit.]„ Datum per manus Magistri *Benedicti Albensis* Praepositi Aulae nostri Cancellarii, Anno Dominicae Incarnationis, M°. CC°. XL°. iiij°. Sexto Non. Maji, regni autem nostri anno decimo.

X.

Bulla Innocentii IV. Papae. (b)
A. 1246.

I*Nnocentius* Episcopus Servus Servorum Dei Venn. FF. Archiepiscopis et Episcopis etc. Querelam gravem recepimus dilectorum Filiorum Fratrum Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* Jerosolymitani, quam prae magnitudine culpae ac pauperum dispendio dissimulare nec volumus, nec debemus. Proposuerunt siquidem jam dicti Fratres, quod cum pro Confratriis et elemosynis pauperum requirendis, juxta consuetudinem suam auctoritate Apostolica confirmatam, ad Ecclesias quorundam Presbyterorum accedunt, eos recipere nolunt, sed (quod gravius est) ab Ecclesiis ipsis praedictos Fratres ejicere non verentur, cum deberent eos benigne ac patienter audire et Parochianos suos ad conferendas pauperibus eleemosynas attentius exhortari. Accedit, quod iidem Presbyteri quamdam partem Eleemosynarum pauperum exigunt impudenter, et ut possint extorquere, quod quaerunt Parochianis suis reclamantibus, pauperum obsequium impedire pro suae voluntatis arbitrio non formidant. Unde quoniam tantum praedictorum Fratrum gravamen et pauperum dispendium clausis non debemus oculis pertransire, quibus ex debito pastoralis officii patrocinium tenemur contra omnium insolentiam impertiri: Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus universis Presbyteris vestrae potestati subjectis sub *poena Officii et beneficii* injungatis, ut praedictos Fratres in Ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et eleemosynas quaerere, juxta quod eis Apostolica

(a) De Bela isthoc Catalogus MS. Regum Hungariae haec prodit. „*Bela quartus post obi„tum Andreae II. Patris sui regnavit annis* 38, *mensibus* 7. *genuitque duos filios, Steffanum et „Belam. Hujus tempore Tartari vastaverunt totam Hungariam. Obiit Anno Dom.* 1270. *se„pultus Strigonii apud FF. minores.*

(b) Hanc iisdem pene verbis confirmavit Clemens IV. Pontifex M., prout ex autographo in Tabul. O. T. Vienn, extante et Berusii (iiij. Non. Jun. Pontificatus anno primo) dato edocemur.

ftolica Sedes indulfit, fine qualibet contradictione permittatis, *falva moderatione Concilii Generalis:* nec aliquid ab eis exigere aut extorquere praefumant. Si vero poftmodum de jam dictis Presbyteris ad audientiam veftram querela pervenerit, in transgreffores praecepti noftri juxta modum culpae taliter vindicetis, quod eos fuae temeritatis poeniteat, et Fratres pro defectu juftitiae ad noftram non cogantur praefentiam laborare. Pervenit praeterea ad audientiam noftram, quod fi quando Parochiani veftri praedictis Fratribus de rebus fuis quicquam in teftamento relinquunt; Haeredes eorum vel illi, qui res ipfas penes fe habent, ipfum legatum eis folvere contradicunt. Quia vero gravem culpae maculam contrahunt et non mediocriter oculos Divinae Majeftatis offendunt, qui ea, quae facris Dei Ecclefiis et Viris religioni et honeftati deditis rationabiliter in teftamento legantur, temeritate qualibet detinere praefumunt: Univerfitati veftrae per Apoftolica fcripta praecipiendo mandamus; quatenus, fi quando praedicti Fratres exinde apud vos querimoniam depofuerint, illos, quos vobis nominaverint, fi ita Vobis conftiterit, moneatis attentius et diftrictius compellatis, ut ea, quae praedictis Fratribus funt in teftamento legata, remoto appellationis obftaculo fine malitiofa dilatione, absque diminutione, perfolvant, vel in praefentia veftra appellatione remota exhibeant juftitiae complementum. Quod fi monitis veftris parere contempferint, eos appellatione ceffante ufque ad condignam fatisfactionem excommunicationis vinculo aftringatis. Dat. *Lugduni* xv. Kal. Jan. Pontificatus noftri anno tertio.

XI.

Bulla Innocentii Papae IV. (a)

A. 1247.

INnocentius Epifcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus FF. Archiepifcopis - - - et aliis Ecclefiarum Praelatis, ad quos litterae iftae pervenerint, S. et A. B. Cum dilecti FF. Hofpitalis S. Mariae *Theutonicorum Jerofolymitani* nullum habeant Epifcopum vel Praelatum *praeter Romanum Pontificem* et fpeciali praerogativa gaudeant libertatis, non decet Vos in *Eos*, vel *Clericos*, aut *Ecclefias* eorum, *in quibus poteftatem non habetis*, absque mandato noftro excommunicationis vel interdicti fententiam promulgare; fed, fi quando Vos, vel fubditos veftros iidem Fratres injufte gravaverint, per vos, vel nuncios veftros id Romano Pontifici fignificare debetis, ac per ipfum de memoratis FFr. juftitiam obtinere. Inde eft, quod Univerfitati V. per apoftolica fcripta mandamus, quatenus in praedictos FF., five Clericos, aut Ecclefias eorum, *in quibus auctoritatem Ecclefiafticam nequaquam habetis*, Excommunicationis vel interdicti fententiam promulgare nullatenus praefumatis, nec eos alias indebita vexatione gravetis, fed erga ipfos vos taliter habeatis, quod non habeant adverfum Vos materiam querulandi; Scituri, quod fi mandatum noftrum neglexeritis in hac parte, dimittere non poterimus, quin eisdem FF. in fua juftitia, fi apud nos iterum querelam depofuerint, efficaciter providere curemus. Dat. *Lugduni*, iiij. Idus Martii, Pontificatus noftri anno quarto.

C XII.

(a) Confirmavit haec iisdem verbis *Urbanus* IV, cujus Bulla Pontificatus fui anno tertio Kal. Oct. apud *Urbem veterem* data, in Tabulario Vienn. O. T. fupereft.

XII.

Bulla Innocentii Papae.

A. 1251.

INnocentius Episcopus S. S. Dei, dilectis Filiis, Praeceptori et FF. Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* in *Alemannia* S. et A. B. Ex tenore vestrae petitionis accepimus, quod nonnulli Ecclesiarum Praelati ac Nuncii et Legati Sedis Apostolicae, praetextu subsidii Ecclesiae Romanae, aliquando IV, quandoque V, interdum vero X seu XX partem vestrorum proventuum a Vobis exigere ac extorquere praesumunt. Cum itaque *vestra ferventer ad hoc desudet intentio, ut bona vobis provenientia refundatis in terrae S. subsidium, et convertatis assidue in auxilium egenorum;* et ex hoc dignum sit Vobis in necessitatis continuae constitutis articulo subveniri potius, quam de proventibus ipsis subsidium postulari: Nos vestris supplicationibus annuentes, ut ad praedictam IV, vel V, aut X, vel XX solvendas minime teneamini, vobis auctoritate praesentium concedimus de gratia Speciali. Nulli ergo etc. Dat. *Lugduni* xiij. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno octavo.

XIII.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1257.

ALexander Episcopus Servus etc. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis etc. Paci et quieti religiosorum Virorum Fratrum Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* Jerosolomitani Apostolica nos convenit sollicitudine providere et tam ipsos, quam eorum bona tanto sollicitius a malignorum incursibus et rapinis tenemur protegere, quanto pro fide Christiani nominis se diuturnioribus exponunt periculis, et adversus pravas et exteras nationes labores subeunt graviores. Inde est, quod tam *fortes Athletas Christi* in suo S. proposito volentes attentius confovere ad defensionem sui sollicitudinem vestram duximus commonendam, ut magis ac magis possint ad promovendum propositum, quod sumserunt, intendere, cum fuerint sollicitudine Praelatorum Ecclesiae a malignantium inquietatione securi: Monemus itaque Universitatem vestram atque praecipimus; quatenus, *si quando Clerici vel Laici Parochiani vestri in aliquem praedictorum Fratrum capiendo, vel de suis equitaturis dejiciendo, aut altas inhoneste tractando violentas manus injiciunt, hujusmodi praesumtores* sublato appellationis obstaculo, *accensis candelis, dilatione et occasione postposita excommunicatos publice nuntietis, et tamdiu faciatis sicut excommunicatos artius evitari, donec passo injuriam congrue satisfaciant, et pro absolutionis beneficio impendendo Apostolico se conspectui representent. Eos vero, qui in praedictos Fratres manus non injiciunt violentas, sed equitaturas, aut alia eorum bona violenter diripiunt, si a vobis commoniti ablata eis noluerint restituere et de illatis injuriis satisfactionem congruam exhibere, vinculo anathematis astringatis, quo ipsos usque ad dignam satisfactionem teneatis astrictos.* * Datum *Viterbii*, Id. Junii, Pontificatus nostri anno tertio.

XIV.

* Idipsum ad verbum statuit Gregorius VIIII. Anagniae viij. Id. Aug. Pontificatus sui anno quarto, cujus bullae exemplum in Archivio O. T. Viennensi adservatur.

XIV.

Bulla Alexandri Papae IV.

A. 1257. (a)

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis, Magiſtro et Fratribus Hoſpitalis S. Mariae *Theutonicorum Jeroſolymitani* S. et A. B. Veſtra religio, *cujus bonus odor longe lateque diffunditur*, ſpecialem Apoſtolicae Sedis favorem et gratiam promeretur. Cum ergo Ordinem Fratrum Hoſpitalis Jeroſolymitani circa pauperes et infirmos; Fratrum vero militiae templi circa Clericos et milites et alios Fratres in Domo veſtra provide inſtitutum laudabiliter obſervetis: Nos volentes, ut ſitis pares in affecutione Apoſtolici beneficii, quibus in operatione virtutum pio ſtudetis propoſito adaequari, omnes libertates, immunitates ac indulgentias venerandis Domibus praedictorum Hoſpitalis et templi ab Apoſtolica Sede conceſſas Domui veſtrae concedimus, et, ut eis utamini libere, ſicut et illi, auctoritate praeſentium indulgemus. Nulli ergo hominum etc. Datum *Viterbii* iij. Nonas Junii Pontificatus noſtri anno tertio.

XV.

Bulla Henrici Epiſcopi Bamberg. etc.

A. 1257.

UNiverſis praeſentes litteras inſpecturis *Henricus* Dei gratia *Bambergenſis* et *Albertus* eadem gratia *Ratisponenſis*, Epiſcopi Salutem aeternam etc. [*producitur bulla* Alexandri *P. IV*, *qua privilegia* Ord. Teutonico *ab anteceſſoribus conceſſa confirmat* Laterani *ij. Non. Martii Pontificatus anno tertio*] Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Quinquageſimo ſeptimo, Indict. xv, Menſis Julii die viij. cum *Viterbii* in ſupradicti D. Papae curia exiſteremus.

XVI.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1257. *

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis et Epiſcopis, et dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis et aliis Eccleſiarum Praelatis, ad quos litterae iſtae pervenerint, Salutem et Apoſtolicam benedictionem. Religioſos Viros Fratres Hoſpitalis S. Mariae *Theutonicorum Jeroſolymitani* pro religione et honeſtate ſua tanto propenſius a malignorum incurſibus protegere volumus et tueri, quanto puriorem defenſionem circa nos et Romanam Eccleſiam exhibere noſcuntur. Inde eſt, quod vobis per Apo-

(a) Immunitates haſce et privilegia poſt plures alios confirmavit *Joannes* XXIII. *Romae* apud S. Petrum xvi. Kal. Decembris Pontificatus anno III. Synodus autem *Baſileenſis* hoc inſuper Ordini conceſſit, ut, ad comprobandas cauſas ſuas, legitimas tranſumpta Autographorum producere, ſatis ſit ipſis. Datum eſt hoc indultum 1435. xij. Kal. Jul. in cujus copia ſeu vidimus per *Caſparum* Epiſc. Pomezavienſ. in Caſtro ſuo Reſenburg 1452. confirmato Ven. Fr. Udalricus de Yſenhofen Ordin. Teuton. Magnus Commendator, Magnificusque Princeps et D. Dominus Ludovicus de Erlichhauſen Ejusdem Ord. Magiſter Generalis introducuntur.

* Conſonat cum hac per omnia, quam Idem Pontifex Anno Pontificatus ſui IV. dedit Viterbii vii. Kal. Julii.

ſtolica ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus univerſis Parochianis veſtris ſub interminatione anathematis prohibere curetis, ne a praefatis Fratribus vel eorum hominibus de victualibus, veſtimentis, pecudibus, ſeu de aliis rebus eorundem Fratrum uſibus deputatis *pedagium*, *vendam*, *paſſagium*, *Caucagium*, ſeu aliam quamlibet conſuetudinem exigere vel extorquere praeſumant. Si qui autem contra prohibitionem noſtram venire praeſumſerit, eos a praeſumtione ſua, monitione praemiſſa, non differatis per excommunicationis ſententiam coercere, et in terris eorum, ſi quas habent omnia divina praeter baptiſma parvorum et poenitentias morientium, prohibeatis, appellatione remota, officia celebrari. Ad haec quia, ſicut praedicti Fratres aſſerunt, quidam Presbyteri et alii Clerici veſtrae jurisdictionis in Eccleſiis illis, quae pro exceſſibus in domum praedictorum Fratrum commiſſis ſub interdicto tenentur, divina celebrare praeſumunt, eos, ſi res ita ſe habet, a ſuae praeſumtionis audacia per ſuſpenſionis et excommunicationis ſententiam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis. Datum *Viterbii* iiij. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno tertio.

XVII.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1257. *

Alexander Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis et Epiſcopis, ac dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Praepoſitis, Archipresbyteris et aliis Eccleſiarum Praelatis, ad quos litterae iſtae pervenerint, Salutem et Apoſtolicam benedictionem. Cum dilectis Filiis Fratribus Hoſpitalis S. Mariae Theutonicorum *Jeroſolymitani* fuerit a Praedeceſſoribus noſtris indultum et a nobis poſtmodum confirmatum, ut ſemel in anno recipiantur in Eccleſiis ad Eleemoſynas colligendas, quidam veſtrûm avaritiae ardore ſuccenſi, *Confratrias*, (a) ſuas Confratriis illorum eadem die in ipſorum adventu praeponunt et ſic Fratres ipſi confuſi aut nihil exinde, aut modicum conſequuntur. Quia vero hoc indecens eſt, et in contemtum Dei et Eccleſiae Romanae redundat; Praedeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhaerentes, Univerſitati veſtrae per Apoſtolica ſcripta praecipiendo mandamus; quatenus, cum ipſi Fratres ad loca veſtra pro elemoſynis acceſſerint colligendis, benigne recipientes eosdem et honeſte tractantes ipſos, in Eccleſiis veſtris ammonere populum et elemoſynas quaerere libere permittatis, Confratrias veſtras, quas facere poteſtis cottidie, Confratriis illorum, quae ſemel in anno fiunt, nullatenus praeponentes, ne occaſione illarum eleemoſynae pauperum Chriſti depereant et impediantur opera pietatis. Sane, quoniam a noſtris Praedeceſſoribus eſt ſtatutum et innovatum a nobis, ut nemo *excommunicet Fratres ipſos, vel ipſorum Oratoria interdicat* ſine mandato Sedis Apoſtolicae ſpeciali, praeſentium vobis auctoritate praecipimus, ut ipſos excommunicare, aut eorum Eccleſias interdicere nullatenus praeſumatis. De Parochianis autem veſtris, qui Domos illorum invadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis moleſtiis opprimunt Fratres ipſos,

* Gemina huic Bulla ejusdem *Alexandri* in Tabulario extat, quae data *Viterbii* Pontificatus A. IV. ad verbum cum hac convenit. Haec omnia (in Bulla ſua data *Laterani* A. Pontificatus ſui VII.) multo ante in Ordinis Teutonici favorem decreverat *Honorius* III. (cujus αυτογραφον in Archivio Viennenſi O. T. ſuperſtat) et *Gregorius* IX. in bulla *Laterani* V. Id. April. Pontific. ſui Anno quinto expedita, cujus pariter autographum in loco memorato cuſtoditur. Idem Tabularium Bullam Innocentii IV. Lugduni viiij. Kal. Julii, Pontificat. anno ſecundo datam hac ipſa de materia conſervat.

(a) i. e. Collectiones eleemoſynarum, quae tum alio quoque nomine *Geldoniae* dicebantur.

ipsos, et tam deposita, quam res diripiunt Eorumdem, cum exinde querimoniam deposuerint coram Vobis, tam districtam eis justitiam faciatis, et ita Jura eorum defendere ac manu tenere curetis, quod ipsi ad nos pro defectu justitiae saepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obedientiam vestram debeamus merito commendare, Vosque beneficiorum, quae in sacra illa Domo fiunt, participes existatis. Praeterea liberas et absolutas personas, quae domui eorum in sanitate vel infirmitate reddiderint, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos tentetis super hoc aliquatenus impedire. Illud autem non mediocriter movet nos, nec modicum Ecclesiasticae derogat honestati, quod quidam vestrum contra institutionem SS. PP. in *Turonensi* Concilio editam Fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire: unde (quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus toleranda) in obedientiae vobis virtute praecipimus, ut nullo modo a Fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quicquam exigere, vel accipere (nisi quod spontanea decedentium liberalitas, vel parentum devotio vobis contulerit) atrentetis, sed absque ullo pretio sepeliatis corpora Mortuorum, et, si quis hoc ulterius attentant, taliter animadvertatis in eum, quod amplius similia non praesumat. Ad haec praesentium vobis auctoritate praecipimus, ne ab eis contra tenorem Privilegiorum Apostolicae Sedis de *nutrimentis animalium* suorum, sive *de ipsis animalibus decimas* exigere praesumatis. Cum autem *Oratoria vel Cimiteria*, secundum quod eis est beneficio privilegiorum Ecclesiae Romanae concessum, duxerint construenda, Vos Archiepiscopi et Episcopi eis pro se ac familia sua tantum Oratoria dedicare, ac Cimiteria benedicere procuretis; nec aliquis vestrum contra tenorem privilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenus vel turbare. De caetero quoque Fratres ipsius Hospitalis in vestris Episcopatibus constitutos, qui Crucem et suum habitum deponentes per illecebras Saeculi et vitiorum arrupta vagantur, et illos etiam, qui Prioribus suis contumaces et rebelles existunt, et Ballivas detinent contra voluntates ipsorum, moneatis instanter et pro Officii vestri debito compellatis, ut habitum depositum resumentes in obedientia Praelatorum suorum devote ac humiliter perseverent, et Balivas, sive alia officia per violentiam nullo modo detinere praesumant. Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, eos excommunicationis sententia percellatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Praeterea quicunque de facultatibus sibi a Deo collatis Fratribus subvenerint antedictis et in tam S. Fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia persolverint annuatim; eis, de BB. Petri et Pauli App. auctoritate confisi, septimam partem injunctae poenitentiae relaxamus. Apostolica quoque auctoritate ob reverentiam ipsius Hospitalis statuimus, ut his, qui eorum Fraternitatem assumserint, si forsan Ecclesiae, ad quas pertinent à Divinis fuerint Officiis interdictae, ipsosque mori contigerit (nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publice usurarii) sepultura Ecclesiastica non negetur. Volumus autem, ut liceat eis, Confratres suos, quos Ecclesiarum Praelati apud Ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri (nisi excommunicati fuerint vel nominatim interdicti, aut etiam publice usurarii) tumulandos deferre ad Ecclesias Hospitalis ejusdem et oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in eorum Cimiteriis requiescunt, exhibitas sine alieni juris praejudicio retinere: hoc etiam addito; ut receptores Fraternitatis ejusdem, seu etiam collectarum (salvo jure Dominorum suorum) sub B. Petri et nostra protectione consistant. Addicimus insuper, ut si qui eorumdem Fratrum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel Collectas, in quamlibet Civitatem, Castellum, vel Vicum advenerint, si forte locus ille a Divinis fuerit officiis interdictus, *in eorum jocundo adventu semel aperiantur Ecclesia annuatim*, et (excommunicatis et interdictis nominatim, ejectis) *divina ibi Officia celebrentur, Salva in omnibus supradictis declaratione Concilii Generalis.* Ad majorem quoque vestrae mercedis cumulum, nihilominus vobis mandando praecipimus, quatenus hanc nostram constitutionem per Parochias vestras nuntiari propriis literis faciatis. Mandamus etiam, ut si qui de Clericis Eccle-

clesiarum vestrarum praefati Hospitalis Fratribus cum licentia Praelati et Capituli sui sponte ac gratis per annum vel biennium decreverit deservire, nequaquam impediantur, et interim sua beneficia non amittant. Dat. *Viterbii* Kal. Jun. Pontificatus nostri anno tertio.

XVIII.

Bulla Alexandri IV. Papae

A. 1257.

A*Lexander* Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Praeceptoribus et Fratribus universis Hospitalis S. Mariae Theutonicorum praesentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Sincerissimae devotionis obsequium (quod Deo et Redemptori nostro D. Jesu Christo ferventer impenditis, ut apud ipsius clementiam vobis coelestis patriae gloriam acquiratis) benignitatem Sedis Apostolicae promptam et facilem reddit ad omnia, quae cordibus vestris affectionis Sanctae proferant incrementa. Sane *vestri honestas Ordinis dilecta Deo et grata fidelibus universis*, multum, prout accepimus, ex eo clara redditur, et in Domino roboratur, quod nullus de Ordine ipso procuret, aut petat aliquam sibi provisionem fieri specialem, sed his contentus, quae in regula et statutis ejusdem Ordinis continentur, humiliter et simpliciter vivat, ut alii, qui sunt ad obediendum in omnibus et per omnia expediti. Ob hanc siquidem causam laudabilem et salubrem, ac etiam, quia vos in Christo sincera charitate diligimus, Universitati vestrae de speciali gratia indulgemus, quod alicui Praeceptori, vel Fratri praedicti Ordinis vestri, de Praelatura, seu dignitate, aut Officio, vel Baliva, seu Domo, aut de quibuscunque bonis ejusdem Ordinis per literas Sedis Apostolicae, aut Legatorum ejus impetratas, vel de caetero impetrandas *inviti non teneamini providere*. Irritum etiam et inane decernimus, si quid contra tenorem ipsius indulgentiae fuerit attentatum. Nulli ergo etc. Datum *Viterbii* vj. Id. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

XIX.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1258.

A*Lexander* Episcopus Servus etc. Magistro et Fratribus Hospitalis S. Mariae Teutonicorum Jerosolymitani S. et A. B. Affectu benivolentiae specialis illa de causa vos prosequi delectamur, quia *vigilanter* et *ferventer* ad hoc *intenditis*, quod in conspectu Dei et hominum per honestae conversationis et piae vitae studium placeatis. Sane Vos in exhibendis procurationibus, elegatis, et Nuntiis Apostolicae Sedis, prout accepimus, ex eo gravamini, quod ipsi non contenti procurationibus, quas eisdem parati estis in victualibus et aliis necessariis exhibere, a Vobis et Ecclesiis ac Domibus vestris occasione procurationum hujusmodi frequenter non modicam pecuniae summam exigunt et extorquent. Cum autem propter hoc, vestrum pium quandoque impediatur propositum et Terrae S. negotio derogetur: Nos vestris supplicationibus inclinati, ut praedictis Legatis et Nuntiis (exceptis tamen Fratribus nostris S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus) ad solvendas procurationes pecuniarias inviti cogi aliquatenus non possitis, auctoritate Vobis praesentium indulgemus; dummodo praedictos Legatos et Nuntios in victualibus et aliis necessariis procuretis. Sententias vero, si quae in Vos vel aliquem de ordine vestro contra indultum hujusmodi de caetero fuerint promulgatae, irritas ex nunc

nunc esse decernimus et inanes. Nulli ergo omnino etc. Dat. *Viterbii* x. Kal. Julii Pontificatus nostri anno IV.

XX.

Charta Ottonis Praepos. Saltzburg.

A. 1260.

NOs *Otto* Dei gratia Praepositus et Archidiaconus *Saltzburgensis*, D. Papae Capellanus etc. Datum in *Meglinge* xii. intrante Septembr. A. D. Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo, hujus rei testes sunt *Hartwidus* Praepositus S. *Virgilii* - et Dominus *Chuno* de *Terra*.

XXI.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1261.

A*Lexander* Episcopus Servus Servorum Dei etc. Justis petentium desideriis dignum est, nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut *in causis vestris Fratres vestros positis ad testimonium ferendum producere*, nec pro eo, quod Fratres vestri sunt (si alia causa rationabilis et manifesta non obstat) a ferendo testimonio repellantur, dummodo sicut censura Canonum et legum sancit auctoritas, velint testimonium perhibere. Nulli ergo etc. Datum *Laterani* ij. Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.

XXII.

Bulla Alexandri IV. Papae

A. 1261.

A*Lexander* Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Praeceptori et Fratribus Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum* in *Carinthia Saltzeburgensis* Dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus inclinati praesentium vobis auctoritate concedimus, ut cum generale terrae fuerit interdictum liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, ac voce suppressa Divina Officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli ergo etc. Datum *Laterani* xvj. Kal. Februar. Pontificatus nostri Anno VII.

XXIII.

Bulla Clementis Papae IV.

A. 1266.

C*Lemens* Episcopus S. S. D. VV. FF. Archiepiscopis - - - cunctisque Personis Ecclesiasticis, tam religiosis, quam Saecularibus, *praedicantibus Crucem pro subsidio Terrae S.*, ad quos literae istae pervenerint S. et Apostolicam Benedictionem. Plus lugendum quam legendum terrae S. statum vix absque lacrimis audire possumus, et de ipso loqui sine multae interventu tristitiae non valemus, maxime,

xime, cum praeter infinita discrimina, quae in partibus illis olim frequentissime pertulit Religio Christiana, sit ibi de novo multitudo peremta fidelium et ipsorum residuo in personis et rebus quasi per dies singulos multiplex immineat detrimentum: prout illa maestissima nos in praesenti edocet conjectura, quod dilecti Filii - - - Magister et Fratres Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum Jerosolymitani, devotissimi quidem Christi Pugiles et praedictae terrae imperterriti Defensores*, licet in vobis semper habeant, ut ad gloriam Divini nominis bibant calicem salutiferae passionis, nunc tamen ob illam causam afficiuntur vitae taedio, quia per Hostes Crucis sublata est eis bonorum desiderabilium multitudo, ita; ut nec solitae hospitalitatis frequentare possint officium, nec pia praestare subsidia necessitatibus egenorum: immo, quod est gravius et amarissime deplorandum, Fratres ipsi, qui Saracenorum incursum olim in partibus illis triumphaliter refrenabant, jam infra Civitatis *Acconensis* moenia coguntur tabescendo persistere, gravati nimia paupertate. Haec etenim Fratrum ipsorum afflictio cor nostrum in anxietatis argumento posuit, et sibi cujusdam novi doloris acerbitatem induxit praesertim, cum olim fuerit nobis multitudo fiduciae, quod ab eisdem Fratribus, aliorum fidelium favente subsidio, assidue conteri deberent Christiani Nominis inimici. Quia vero ad Sedis Apostolicae pietatem spectare dinoscitur, ut ipsa Personas pro exaltatione Catholicae fidei preliantes gratiosi favoris affluentia prosequatur, sed tunc potissime, quando personae hujusmodi sub egestatis multae sarcina lacrimosis coguntur suspiriis inundare; Universitati V. per Apostolica Scripta mandamus, quatenus pro reverentia Regis aeterni, cujus in hac parte causa geritur, cujusque honor principaliter promovetur, Vos Fratrum ipsorum angustiis et pressuris pio condolentes affectu, et circa ipsos fructuosae benivolentiae promtitudinem exercentes, in praedicationibus, quas pro praedictae terrae subsidio facitis, ad humilem requisitionem nunciorum Hospitalis ejusdem, Christi Fideles ad praedicationes hujusmodi concurrentes, piis monitis efficaciter inducatis, quod ipsi obtentu perennis gloriae necessitati Fratrum ipsorum de suis facultatibus studeant liberaliter subvenire. Ita, quod iidem FF. talibus adjuti remediis saepe dictae terrae negotium magnanimiter promovere valeant juxta votum, Nobisque per consequens producatur inde materia, et Vobis gratiae divinae praemium, ac nostri favoris proveniat incrementum. Dat. *Viterbii* iij. Id. Januar. Pontificatus nostri anno secundo.

XXIV.

Diploma Ulrici Ducis Carinthiae.

A. 1267.

IN nomine S. et individuae Trinitatis amen. *Ulricus* Dei gratia Dux *Carinthiae*, Dominus *Carniolae* etc. [*Laudatur p. m.* Bernhardus *quondam Illustris Dux* Carinthiae *et Pater* Ulrici] testes autem hujus rei sunt, *Fridericus* Comes de *Ortenburch*, *Johannes* Vice dominus *Carniolae*, *Wernhardus* et *Lampertus*, Capellani; *Ulricus* de *Liechtenstain* et *Otto* Filius suus, *Jacobus* de *Gutenberch*, *Otto* de *Vinchenstein*, *Merhardus* Praepositus *Werdensis*, *Werenherus* et *Chunradus* Fratres de *Lok*, *Rudgerus* de *Leibach* et *Radwicus* Filius suus, *Reinherus* de *Eichelberch*, *Hermannus* de *Ramstain*, *Gebhardus* de *Lilgenberch*, *Sifridus* de *Minchendorf*, *Ortolfus* de *Kirchperch*, *Gerlochus* de *Hertenwveich* et alii quam plures. Actum in *Lok*, anno Inc. Dom. Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo septimo.

XXV.

XXV.

Bulla Gregorii X. Papae.
A. 1270.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri - - Episcopo *Secoviensi* Salutem et Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis - - - Praeceptor et Fratres Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum* in *Carinthia*, quod Judex et Jurati in *Frisaco Salseburgensis* Diocesis ad Hospitale ipsum temere accedentes cum multitudine armatorum fractis ostiis Hospitalis ejusdem dictis Praeceptori et Fratribus damna gravia et injurias irrogarunt etc. Datum *Laterani* v. Idus Maji Pontificatus nostri anno primo.

XXVI.

Bulla Gregorii X. Papae.
A. 1270. *

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis - - - Praeceptori et Fratribus Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum* in *Austria*, *Styria*, *Carinthia* et *Carniola* Salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum a Nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter Dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a Praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu alias indulgentias Vobis vel Hospitali vestro concessas, nec non libertates, et exemptiones Saecularium exactionum a Regibus et Principibus, vel aliis Christi Fidelibus rationabiliter Vobis, vel Hospitali praedicto indultis, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, Vobis et per Vos eidem Hospitali auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum apud *Urbem veterem* x. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

XXVII.

Charta Fr. Hariberi Ord. Min. etc.
A. 1271.

UNiversis praesentes litteras inspecturis Fr. *Haribertus* Minister FF. Ord. *Minorum* per *Austriam*, et Conventus FF. Ord. ejusdem in *Wienna*, et F. *Ruogerus* Prior FF. Ord. *Praedicatorum* totusque suus Conventus in *Wienna* etc. Datum in *Wienna* Anno Domini M°. CC°. LXXI°. xvj. Kal. Maji.

* Ejusdem fere tenoris, substantiae certe est Bulla *Nicolai* IV. in Tabulario *Viennensi* O. T. asservata, dataque *Reate* vj. Kal. Junii, Pontific. A. primo, Praeceptori et FF. Hospitalis S. *Mariae Teutonicorum Jerosolymitani* in *Allamannia*. Idem Bulla *Sixti* P. IV. Data *Romae* apud S. *Petrum* Anno Inc. Dom. 1477. Sexto Kal. Augusti, Pontificatus anno VI. etc. etc.

XXVIII.

Charta Ulrici de Dürrenholz Capitanei-Karinthiae etc.

A. 1273.

NOs *Ulricus* de *Dürrenholtz* Capitaneus *Karinthiae*, *Carnioliae*, *Marchiae* et *Fori Julii* etc. „[fit mentio D. *Wilhelmi* de *Scherfenberch* Senioris et filii sui *Wilhelmi* de *Scherffenberch*] Testibus, qui aderant subnotatis, qui sunt, Domini: *Ulricus* Pincerna de *Hauspach*, *Herbordus* de *Auersperch*, *Ortolfus* de *Meingtspurch*, *Waltherus Ungarus* de *Stayn*, *Chunradus Gallo*. *Gotfridus* de *Thrubsen*, *Fridericus* Dapifer de *Chreich* et alii quam plures. Actum et Datum in *Laybaco*, Anno Dom. M°. CC°. LXXIII°. Idus Maji.

XXIX.

Vidimus Bullae Alexandri Papae IV. per Heinricum (a) Episcopum Ratisponensem.

Sine Die et Anno.

NOverint Universi - - quod Nos *Heinricus* miseratione divina *Ratisponensis* Ecclesiae Episcopus vidimus et diligenter inspeximus et ad instantiam Religiosi Viri Fratris *Gotfridi* Commendatoris FF. Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum Jerosolymitani* per *Austriam* et *Styriam* transcribi et publicari fecimus quasdam litteras etc.

XXX.

Bulla Gregorii Papae X.

A. 1273.

G*Regorius* Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis Praeceptori et Fratribus Hospitalis S. Mariae *Teutonicorum* in *Prusia* S. et A. B. Devotionis vestrae precibus inclinati praesentium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, quae liberas personas FF. vestrorum, mundi relicta vanitate ad vestrum Hospitale convolantium et professionem facientium, in eodem jure successionis, vel alio justo titulo, si remansissent in saeculo, contigissent, et ipsi potuissent libere aliis arrogare, feudalibus duntaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere sine juris praejudicio alieni. Nulli ergo etc. Datum *Lugduni* Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno tertio.

XXXI.

(a) Heinricum nostrum, II. nomine fuisse, Scriptura Bullae Saec. XIII. manifeste innuit, qui ab A. D. 1277. ad A. 1296. Episcopi Ratisponensis sustinuit dignitatem, oriundus caetera ex familia Comitum de Roteneck.

XXXI.

Diploma Alberti I.

A. 1289.

NOs *Albertus* Dei gratia Dux *Austriae* - - declaramus, quod inter Fratres Ordinis S. Mariae Domus *Theutonicorum* ex una et honestum Militem *Fridericum* Dominum de *Sprinzenstain* ex parte altera etc. Datum *Wiennae* xviij. Kalend. Maji, Anno Domini, Millesimo Ducentesimo octogesimo nono.

XXXII.

Bulla Bernhardi Episcopi Passa.

A. 1299.

NOs *Wernhardus* Dei gratia Ecclesiae *Pataviensis* Episcopus etc. Datum *Wiennae* A.D. Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo nono pridie Nonas Novembris, praesentibus Magistro *Ottone*, D. *Wernhardo* de *Prambach* Ecclef. nostrae Canonicis; et *Ulrico* Capellano nostro; *Ottone*, *Ludvvico*, Notariis nostris; *Minhalmo* de *VVaczmanstorf*, *Pilgrino Pincerna* Militibus nostris et aliis pluribus fide dignis.

XXXIII.

Bulla Antonii Turachinensis Archiepiscopi et Augustini Episcopi Novae Civitatis.

A. 1302.

ANtonius Dei gratia *Turachinensis* * Archiepiscopus, nec non *Augustinus* eadem gratia *Novae Civitatis* Episcopus etc. Datum *Venetiis* A. D. Millesimo, Trecentesimo secundo, Indictione quintadecima, duodecimo Kalendas Mensis Januarii.

XXXIV.

Bulla Antonii Archiepiscopi Durachinensis etc.

A. 1303.

NOs *Antonius* Dei Gratia Archiepiscopus *Durachinensis*, et nos *Gevvilhelmus* miseratione divina Episcopus *Aquilinus*, nec non Fr. *Johannes Zan* Ord. *S. Augustini* eadem gratia Episcopus *Caprolanus* etc. Dat. *Venetiis* A. D. Millesimo, Trecentesimo tertio, tertio Kal. Mensis Martii.

* In sigillo legitur *Durachinensis*. *Durazzo* civitas *Graeciae* ad oram *Albaniae* maritimam, Archipraesulatu et portu suo celebris.

XXXV.

Charta Werneri Abbatis Wietzeburgensis etc.

A. 1303.

NOs *Wernerus* Dei Gratia Abbas Monasterii S. *Petri* in *Wilceburg* (a) Ord. S. *Benedicti* et *Ulricus* Officialis Civitatis nobilissimi Regis Romanorum in *Wizzenburg Eystettensis* Dioecesis, scire volumus universos, quod nos rescriptum sive publicum instrumentum Venn. PP., videlicet Relgmi Patris *Bonacursus* Ord. Praedicat. Dei Gratia *Tyrensis* Archiepiscopi (b), nec non et Sancti (c) Patris *Gailardi* ejusdem Ordinis, *Bethleemitani* Episcopi etc. Quas quidem litteras transcribi fecimus per *Johannem* Clericum *Acconensem* Notarium Publicum ad instantiam et preces Religiosi Viri F. *Johannis* magni Praeceptoris Domus *Hospitalis* S. Mariae *Teutonicorum Jerosolymitanorum* - - - Datum *Wilzeburg* Anno Domini M°. CCC°. iij°. proxima feria secunda post Dominicam *Vocem Jocunditatis*, iij. Idus Maji.

XXXVI.

Bulla Emohonis Episc. Frisingensis.

A. 1308.

NOs *Emoho* * Dei Gratia *Frisingensis* Ecclesiae Episcopus etc. Datum in Oppido nostro Lök Anno Domini Millesimo, Tricentesimo octavo Non. *Maji.*

XXXVII.

Bulla Benedicti Papae XI.

A. 1334.

BEnedictus Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio - - Abbati Monasterii *Scotorum* in *Vienna Patavienfis* Dioecesis S. et A. B. Etsi cunctos sub Religionis observantia militantes favore benivolo foveamus, tamen dilectos filios Magistrum et FF. Hospitalis S. Mariae Teutonicorum Jerosolymitani, qui *mundanis illecebris salubriter abdicatis se divinis obsequiis devoverunt, se et sua totaliter pro illis exponere non verentes*, favoris et gratiae praerogativa prosequimur, et ad ipsius Hospitalis solerter intendimus incrementum, moleste ferentes injurias et jacturas, quae Magistro et FF. ipsis a quibuslibet inferuntur. Cum itaque, sicut ad nostrum pervenit auditum, iidem Magister et FF. a nonnullis, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, in eorum personis et bonis multipliciter molestentur, Nos volentes ipsorum Magistri et FF. providere quieti, et perversorum conatibus obviare, Discretioni Tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem Magistro et FF. efficacis praesidio defensionis assistens, non permittas ipsos contra indulta privilegiorum Sedis Apostolicae ab aliquibus indebite molestari, Molestatores hujusmodi, quicunque et cujuscunque religionis, conditionis, aut status existant, (etiam si Pontificali praefulgeant dignitate) auctoritate nostra, postposita appellatione

(a) Collapsis desolati Coenobii muris, castellum illic *Anspacensis* Marchio exaedificavit.
(b) Additur in alia charta: *„Vicarius Patriarchatus* Jerosolymitani, *ac Episcopatus* Acconensis.„
(c) Observo eadem ratione *τὸ Sanctus* Episcopis nonnunquam attributum in chartis fuisse, qua Summum Pontificem *Sanctissimum in Christo Patrem adpellamus.*
* al. *Emicho.*

tione compescendo, non obstantibus constitutionibus, tam felicis recordationis *Bonifacii* Papae IIX. Praedecessoris nostri (qua cavetur, *ne Conservatores a Sede Apostolica deputati extra Civitates et Dioeceses, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut aliquos ultra unam diaetam a fine Dioecesis earundem trahere praesumant*) quam de duabus dietis in Concilio generali, et quibuslibet aliis a Praedecessoribus nostris super hoc editis, dummodo ultra tertiam, vel quartam diaetam aliquis extra suam dioecesim auctoritate praesentium ad judicium non trahatur, seu si aliquibus a Sede sit indultum praedicta, quod interdici, suspendi, vel excommunicari seu extra, vel ultra certum locum ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi, eorumque personis, locis vel ordinibus mentionem; sive qualibet indulgentia dictae Sedis generali vel speciali - - - - in hac parte valeat quomodolibet impediri, attentius provisurus, ne de his, super quibus lis est forte jam mota, seu quae causae cognitionem exigunt et quae indulta hujusmodi non contingunt, Te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus praesumseris, tam praesentes literas, quam etiam processum, quem per Te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere juribus et nullius fore decernimus firmitatis. Hujusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas. Dat. *Perusii* ij. Non. Junii Pontificatus nostri anno primo.

XXXVIII.

Bulla Laurentii Episc. Gurcensis.

A. 1336.

UNiversis, ad quos literae praesentes pervenerint, *Laurentius* Dei gratia *Gurcensis* Ecclesiae Episcopus Salutem in omnium Salvatore etc. Datum in *Strazpurga* Anno Dom. Mill. Trecentesimo, trigesimo sexto die quartadecima intrante Junio (a).

XXXIX.

Charta Mykitsh Banni Sclavon.

A. 1340.

NOs *Mykith* Wanus totius *Sclavoniae* memoriae commendamus etc. „[Commemorantur hoc in loco, *Paulus* et *Georgius* Filii *Abrae*, *Lanceus* Filius *Wekae*, „ *Petrus* filius *Endrei* et *Stephanus* filius *Stephani*, atque praeterea arborum *cruce* „ *signatarum*, quas hoc jam jam aevo illis in terris limites constituerunt, fit mentio], „ Datum *Kopraniska* secundo die octavae festi B. *Petri* et *Pauli* Apostolorum, A. D. M°. CCC°. XL°.

(a) Menses integri in duas Sectiones dispescebantur: pars prima media (in mensibus 31. d. a 1. ad 16. in iis 30. d. a 1. ad 15.) *stans* seu *intrans*; altera *exiens* seu *restans* nuncupabatur plura de modo in his mensium partibus computandi dabit Mabillonius de R. D. L. II. c. 28.

XL.

Bulla Johannis Epiſc. Aemonenſis.

A. 1351.

NOs Fr. *Johannes* Dei Gratia Epiſcopus *Emonenſis* nec non Patriarchatus *Aquilegenſis* Vicarius in Pontificalibus Generalis etc. Actum et Datum *Laybaci* Anno Dom. Mº. CCCº. Lº. primo Indictione iiij, die ſecunda Menſis Martii.

XLI.

Diploma Rudolphi IV. Archiducis Auſtriae.

A. 1360.

IN Nomine S. et Individuae Trinitatis, amen. *Rudolffus* IV. Dei Gratia *Palatinus Archidux Auſtriae* - - - nec non S. R. I. *Supremus Magiſter Venatorum* omnibus in perpetuum - - Conſtitutus in praeſentia noſtra honorabilis et Religioſus Vir *Bernhardus* Commendator Domus *Teutonicae* in colle juxta Civitatem *Patriſche Grez* ſitam etc. Hujus rei teſtes ſunt Illuſtris Princeps *Meinhardus* Marchio *Brandenburgenſis* Superioris *Babariae* Dux nec non Comes *Tyrolenſis* Conſobrinus noſter Cariſſimus; et R. in Chriſto Patres et DD. amici noſtri cariſſimi: D. *Ludovvicus* S. Sedis *Aquilegenſis* Patriarcha, D. *Ortolffus* Archiepiſc. *Saltzburgenſis* Apoſtolicae Sedis Legatus, *Paulus* Epiſc. *Friſingenſis*, *Gotfridus* Ep. *Patavienſis*, *Johannes* confirmatus *Gurcenſis* noſtrae Curiae Cancellarius, *Ulricus* Epiſcopus *Secovienſis*, *Ludvvicus* Ep. *Chymenſis* et *Petrus* Ep. *Laventinus*. Item nobiles Viri, avunculi noſtri dilecti, *Albertus* Palatinus Comes *Karinthiae*, *Meinhardus* et *Hainricus* Comites de *Goricia*, nec non Comes *Otto* de *Ortenburg*. Item fideles noſtri dilecti *Ulricus* et *Hermannus* Fratres Comites de *Cylia*, Comes *Johannes* de *Phannberg* Capitaneus noſter ſupra *Anaſum*, *Eberhardus* de *VValſſe* Capitaneus noſter *Styriae*, *Leutoldus* de *Stadekk* Capitaneus noſter *Carniolae*, *Stephanus* de *Meiſſovv* Marſchalcus, *Albertus* de *Puchhaim* Dapifer, *Haidenricus* de *Meiſſovv* Pincerna, *Petrus* de *Eberstorf* Camerarius, *Fridericus* de *Chreuſpach* Magiſter Venatorum *Auſtriae*, et *Fridericus* de *VValſſe* de *Grez* Pincerna, *Rudolf Otto* de *Liechtenſtain* Camerarius, *Fridericus* de *Pettovia* Marſchalcus, *Fridericus* de *Stubenberg* Dapifer *Styriae*, *Fridericus* de *Aufenſtain* Marſchalcus, *Hertnidus Chraiger* Dapifer, *Hermannus* de *Oſtravvitz* Pincerna *Karinthiae*. Item *Joannes Turſo* de *Rauhenekk*, *Ulricus* et *Otto* de *Stubenberg*. *Gotſchalicus* de *Neytperg*. *Hermannus* de *Chranichperg*, *Hertnidus* de *Pettovia*. *Hainricus VVilshauſer*. Item *Hermannus* de *Landenberg* noſter Provincialis Marſchalcus *Auſtriae*, *Hainricus* de *Haſkenberg* noſter Magiſter Curiae, *Johannes* de *Prunn* noſter Magiſter Camerae, *Pilgrinus Streuvne* noſtrae Curiae Marſchalcus, *Hainricus* de *Brunn* Pincerna, *Albertus Ottenſtainer* Magiſter coquinae, *Albertus Pincerna* Magiſter Cellariorum, *VVilhelmus Pincerna* de *Liebenberg* Diſpenſator panis noſtrae curiae et plures alii fide digni. Datum in *Grez* in die S. *Scholaſticae* Virg., Anno Dom. Milleſimo, Trecenteſimo, Sexageſimo, aetatis noſtrae anno viceſimo primo, Regiminis vero noſtri ſecundo.

XLII.

Charta Petri de Petrindorf.

A. 1362.

IN nomine Domini amen. Anno ejusdem M°. CCC°. LX°. secundo Indictione xv, xvj. die Mensis Augusti hora quasi nona in *Marienburg* Illustris et Reverendus D. *Winricus* de *Knyprode* Ord. FF. Hospitalis B. Mariae Domus *Teutonicorum Jerosolymitani* Magister Generalis etc. „[hic mentio *Johannis* Dei Gratia *Warmiensis* et Fra„tris *Nycolai* eadem gratia *Pomezanensis*, Ecclesiarum Episcoporum injicitur.]„ Et ego *Petrus* de *Petrindorf Culmensis* Dioecesis publicus auctoritate Imperiali Notarius etc.

XLIII.

Charta Balduini Decani S. Castoris in Confluentia.

A. 1389.

IN Nomine Domini amen. *Baldewinus* Decanus Ecclesiae *S. Castoris* in *Confluentia Treverensis* Dioecesis, Judex seu Conservator a Reverendo in Christo Patre et D. *Wernhero* S. *Treverensis* Ecclesiae Archiepiscopo, Judice seu Conservatore Privilegiorum Venerabilium et Religiosorum Virorum FF. Ordinis B. Mariae *Teutonicorum* Domus *Confluentiae* a Sede Apostolica deputato, subdelegatus, Universis et singulis - - salutem in Domino. Ad nostram accedens praesentiam Fr. *Rudgerus* de *Dulken*, Commendator Domus *Spirensis* Ord. praedicti nobis supplicavit, quatenus etc. Actum et Datum in Domo habitationis nostrae, quam infra emunitates Ecclesiae *S. Castoris* praedictae inhabitamus, anno ab Incarnatione Domini Millesimo, Trecentesimo, Octuagesimo nono, Indictione duodecima, Pontificatus Domini in Christo P. et D. nostri, D. *Urbani* divina providentia Papae VI. anno duodecimo, die vero ultima Mensis *Junii*, hora Vesperarum, Praesentibus honestis Viris et Discretis, D. *Johanne* de *Colonia* Ord. praedicti Custode Domus *Confluent.*, *Wigando* de *Nydeke* Clerico *Colonienſ.* Dioec. *Rudolffo Thyge* de *Dreysa* Clerico *Moguntinensf.* Dioec. et *Hannemanno* de *Wysenburg Spirensis* Dioec. Laico, testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

XLIV.

Bulla Friderici Archiepisc. Coloniensis.

A. 1391.

REverendo in Christo Patri D. - - * Episcopo *Olomucensi Fridericus* Dei Gratia S. *Coloniensis* Ecclesiae Archiepiscopus, S. Imperii per *Italiam* Archicancellarius „etc. „[hic Rel. in Christo *Rupertus* de *Tuycio* Fr. Ord. Hospitalis B. Mariae *Teu*„*tonicorum Jerosolymitani* Capellanus et Eleemosynarius Archiepiscopi *Coloniensis*, „*Hansso* de *Ratelingen* Camerlingus et *Gerardus Voyss* Hostiarius ejusdem Archiep. in„troducuntur.]„ Acta sunt haec in Castro nostro *Goydisberggh* nostrae Dioecesis, Anno Dom. Millesimo, trecentesimo, nonagesimo primo, Indict. nona, Mensis Junii die prima, Pontificatus SS. in Christo P. et D. nostri, D. *Bonifatii* divina providentia Papae Noni anno secundo, praesentibus ibidem honorabili *Hermanno Rost* Decano Ecclesiae *S. Victoris* extra muros *Moguntinensis*; nec non strenuis militibus *Ge*-

* *Nicolao* videlicet, primum *Constantinensi* dein *Olomucensi* Episcopo.

vardo de *Eynenbergh* in *Landscrone* et *Henrico* de *Dadinberg*: DD. Consiliariis, *Johanne* de *Erpel* Canonico Eccl. S. *Cumberti Coloniensis*, Notario, et *Hugone* de *Lewvenstein* Camerlingo, et quibusdam aliis nostris familiaribus.

XLV.

Vidimus quarumdam Bullarum per Johannem de Vtino etc.

A. 1400.

HOc est exemplum etc. Et ego *Johannes* quondam Filius *Odorici* de *Susanna* de *Utino Aquilegensis* Dioecesis publicus Imperiali auctoritate Notarius et Infrascripti D. nostri Patriarchae Cancellarius - - una cum infrascripto F. *Johanne* de *Portugrugro Concordiensis* Dioecesis Notario coram Reverendissimo in Christo Patre et D. D. *Antonio* Dei gratia S. Sedis *Aquilegensis* Dignissimo Patriarchae pro tribunali Sedente in Castro suo *Utini* dictae *Aquilegensis* Dioec. diligenter et fideliter auscultavi - - - Anno Dominicae Nativitatis Millesimo, Quadringentesimo, undecima Indict. die vero xx. mensis Maji, praesentibus Nobilibus et Discretis Viris Presb. *Matthaeo* de *Monte Flaschone*, ejusdem D. Patriarchae Capellano, *Christophoro* de *Chucanea* et *Marco* de *Quarteriis* de *Venetiis*, D. Patriarchae praefati Familiaribus - - -

XLVI.

Charta Nicolai Berger.

A. 1404.

IN Nomine Domini amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo, Quadringentesimo quarto, Indictione duodecima, Mensis Februarii die sexta, hora quasi nona, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et D. D. *Bonifacii* divina providentia Papae viiij. anno quintodecimo, in suburbio *Castri S. Mariae* * *Pomezaviensis* Dioecesis in mei Notarii ac testium infra scriptorum praesentia constitutus personaliter Venerabilis ac Magnificus Dominus F. *Conradus* de *Jungingen* Magister Generalis Ord. FF. B. M. Hospitalis *Jerosolymitani* de Domo *Teutonica* etc. „[Commemorantur hoc in loco „Fr. *Arnoldus* Dei et Apostolicae Sedis providentia Episcopus *Colmensis*, et F. *Johannes* „Dei et Apostolicae Sedis providentia *Pomezaviensis* Episcopus,]„ Acta sunt haec - - - Praesentibus Honorabilibus et Religiosis DD. Fratribus Ordinis antedicti, *Johanne Rymane* Decretorum Doctore Canonico Ecclesiae *Pomezaviensis*, et Magistro *Petro* de *Lapide*, ac Nobilibus Viris, *Cunone* de *Conyad*, *Namyr* de *Hocndorff* et *Joanne Buchlbald* Familiaribus D. Magistri Generalis - -

Et ego *Nicolaus Berger* Clericus *Pomezaviensis* etc.

XLVII.

Charta Judicum Curiae Spirensis.

A. 1422.

UNiversis et singulis, ad quos praesentes litterae nostrae pervenerint Judices Curiae *Spirensis* salutem in eo, qui est omnium vera salus, et praesentibus litteris nostris plenam, firmam et indubiam fidem adhibere. Noveritis, quod coram

* i. e. *Marienburg*.

Digitized by Google

ram nobis personaliter constitutus Religiosus Vir F. *Johannes* de *Hofheim* Presbyter professus Hospitalis B. Mariae *Teutonicorum Jerosolymitani* Procurator et Procuratorio nomine Venerabilis et Religiosi Viri F. *Eberhardi* de *Saunsheim* dicti Hospitalis per *Alamanniam* et *Italiam* Magistri et Praeceptoris etc. Acta sunt haec A. a N. D. Millesimo, Quadringentesimo, vicesimo secundo, Indictione xv, Pontificatus SS. in Christo P. et D. nostri, D. *Martini* divina providentia Papae V. anno suo V, tertia die Mensis Februarii.

NB. Abest sigillum, quod fortean temporum cessit injuriae; et illud in quondam Vidimus (sit verbo ex consuetudine fere necessario venia) hunc in modum depingitur. „ *Sigillum Judicum Curiae Spirensis. In medio autem sigilli una imago Sedens super Sedili, discooperto capite, habens in dextra manu trutinam, seu staterum: laevam vero manum super pectus, indice extento, aliis digitis retractis, clausam.* „

XLVIII.

Bulla Eugenii Papae IV.

A. 1436.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei - - - *Andreas Gall*, qui ut asserit, ex utroque parente de Nobili genere procreatus existit etc. Datum *Bononiae* Anno Incarnationis Dominicae Millesimo, Quadringentesimo, tricesimo sexto, quinto Id. Martii, Pontificatus nostri anno septimo.

XLIX.

Bulla Jordani Episcopi Sabionensis.

A. 1437.

JOrdanus miseratione divina Episcopus *Sabionensis* * Religioso Viro, Fr. *Angelo Pauli* de *Roma* D. Papae Poenitentiario ad praesens in Romana curia Residenti Salutem in Domino etc. Datum *Ferrariae* xvj. Kal. Maji, Pontificatus D. *Eugenii* Papae IV. anno octavo.

L.

Charta Alberti Stuten Not. Publ.

A. 1444.

IN den Namen unsers Herrn, amen. Kund sy allen Luden, dye dyt untgaenvvordige offenbair Instrumentum sullen sehen, off hoiren liesen, dat in den Jairen unsers Hern Geboirt, doe man schreiff, duysent, vierhondert, vier und viertzich jair in der sevvenden Indiction, up Dontes-tach (*Donnerstag*) des durden (3) dages in de maende September zu septen zyd off dayr etc. in untgaenvvordichait der Ersamen, Vursichtigen, Wysen Herrn, *Heinrich Quarttermartt*, *Johan Conhüyss*, *Johan Hymbach*, *Johan Quarttermartt*, *Johan Mömersloch*, ind *Gerard* van *wie Cuissin* Scheffen zu *Coelne*, und *Niclaus Hanse* der selvven Scheffen und gerychts schryvver des hoghen gerychts zu *Coelne* - - gestanden die Ervvirdige Geistlige Herren, Her *Evuerhart Thyn* van *Slenderhaen*, Commenthurer zu *Coevvlentz* und zu *Coelne Duyschens* Ordens, ind Her *Diedrich* vom *Rathinghen* Broder desselvven Ordens etc. [allegantur in hac charta: *Peter* und *Hynrich* van *Slendern*. *VVernhart* Ovver-

* *Cardinalis de Ursinis vulgariter nuncupatus:* ita alia Charta.

Ovverstolz etzvvann Greven des Hohengerychtz zu *Coln* jez *deutschs* ordens. Der Hochgebohrne *Jacob* Marggraven zu *Baden* Kayser *Friedrichs* Oheim. *Hanns David* von *der Liebenstatt*] End ich *Albertus Stuten* von *Unna*, Clercke des Gestychtz van *Coelne* Offenbaire Notarius etc.

LI.

Charta Stephani de Neydemburg.

A 1451.

IN Nom. Dom. amen. Anno a nativitate ejusdem Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, Indict. XIV, die vero solis, septima mensis Februarii - in Castro *Marienburg* domo Principali Ord. FF. Hospitalis *S. Mariae* Domus *Theotonicorum Jerosolymitani Pomezaviensis* Dioecesis - - Magnificus Princeps et Dominus, D. *Ludovvicus* de *Erlichshuvvsen* Magister Generalis, et Venn. ac Religiosi Viri, Ulricus *Isenhofer* Magnus Commendator, et *Leonardus Parsberger* Thezaurarius, Praeceptores, ac caeteri Conventuales FF., Capitulum et totus Conventus dictae Domus et Ordinis etc. [*praecipui quorum haec Charta meminit, sunt:*

Jodocus Hoenstein in Romana Curia Procurator Generalis *Ord. Teut.*
Nicolaus de *Weissemburg* Presbyt. O. T.
Johannes Montis, O. T.
Wilhelmus Streuckreis in *Wienna Pataviens.* Dioec. Commendator O. T.
Joannes Davidis de *Hebenstat* }
Paulus Frencklyn } vetiti Judicii Westvaliae (a)
Mangoldus Frigranius }

Et quia Ego *Stephanus Matthiae* de *Neydemberg* etc.

LII.

Instrumentum Notarii Publici super VII. Bullis Papalibus, quibus variae indulgentiae Ord. Equitum Teutonicorum concessae fuere.

A. 1454.

NB. EX *hac charta*, *nimium diffusa*, *excerpta duntaxat nominum rerumque Lectori dare constituimus*, *ne plus justo eundem detineremus*, *quod hoc in loco singulariter monendum*, *duximus.*

Nicolaus Papa V, Pontificatus anno VIII.
Fridericus Romm. Imperator semper Augustus anno Imperii III.
VVolfgangus VVurm Decretorum Doctor, Archidiaconus Karinthiae Inferioris.
Remikus (f. Remigius) de *Khanns* Wratislav. Dioec., Fr. Ordinis B. Mariae Jerosolymitani Theotonicorum Domus Frysaci, Saltzburg. Dioec. Plebanus.
Matthaeus Abbas Monasterii *S. Jacobi Scotorum* in Ratispon Ord. S. Benedicti. Hujus sigillum ejus nomine circumscriptum erat, „*imago sedens in sedili*, *Pontificalibus* „in-

(a) Vetita Judicia *Westphaliae* (alias *Vemengericht*, *Stillgericht*, *Freygericht* i. e. Judicium Vemicum, occultum, liberum) innumerorum causae abusuum, quae sub medium Saeculi XVI. evíluisse censet Phil. Datt in Volum. Rer. Germ. p. m. 759, quem adiisse non poenitebit. Adde Mülleri Reichs-Theatr. I. 9. qui illa ob frequentissimos abusus *judicia vetita* nuncupata fuisse existimat. Vide: de his quoque doctissimi *Frid. Hahn* Collectio Mon. Vet. P. II.

„*induta*, *habens in una manuum baculum pastoralem*, *in altera librum clausum*„. Anno M. CCC. XCIV. 31. Julii chartam hic insertam *in commodo suo* (i. e. habitaculo) *aestivali* dedit.

Harduicus Wolf de *Lantzvver* Herbipol. Dioec. Fr. Ord. B. Mariae Jerosolymitani Theotonicorum, Domus Provisor ac Magister Hospitalis S. Egidii Ratisponensis. 1394.

Donaldus Abbas Monasterii *Scotorum S. Egidii* in Nuernberg Bamberg. Dioec. in cujus „*sigilli medio imago Abbatis manum dextram erigens*, *manu laeva baculum gerens* „*depicta fuit*.„ A. M CCC LXXXVII. 2. Octobris.

Wilhelmus Abbas praedicti Monasterii S. Egidii, in cujus sigillo praeter nomen ejusdem „*imago Abbatis in dextera baculum*, *in laeva manu vero librum gerens depicta fuit*, *sub cujus pedibus clypeus figuram cujusdam bestiae continens nihil erat desculpta*.„ An. D. M CCC LXXXII. xiij. Maji.

Fridericus Holtzschuer de Nuernberg Presbyter, Fr. Ord. B. Mariae Theotonicorum, Domus Nuernbergensis praelibatae Dioecesis Provisor, et Magister Hospitalis S. Elizabeth ibidem. 1382. et 1387.

Hermannus de *Aurburk* Pastor parochialis Ecclesiae in *Rachiche*, Fr. Ord. B. Mariae Theothonicorum Domus Treverensis, seu (ut ipsa verba sonant) *Treverorum in curia Domus habitationis DD. Theotonicorum*. 1375.

Hermannus de *Amelburg* Pastor ejusdem Ecclesiae et Fr. Ord. B. Mariae Theotonicorum Domus Treverensis 1372.

Fr. *Henricus* de *Hymis* Ord. Praedicatorum Domus Treverensis Lector 1372.

LIII.

Diploma Friderici III. Imp.

A. 1458.

Wir *Friedrich* von Gots Gnaden Röm. Kayser - - - bekennen, Als der Ervvirdig *Ludvvig* von *Ellrechshausen* (a) Hochmeister in *Preussen* unser lieber andächtiger unserm getreuen lieben Achatzen *Botzunko* etc. Geben zu der *Neustatt*. am sambstag nach des H. *Creutztag* exaltationis, nach Cristi gepurde im viertzehen hundert und acht und funftzigisten, unsers Reichs im nevvntzehenden, und unsers Kayserthums im Sibenden Jaren.

LIV.

Charta Georii Abb. S. Aegidii Noriberg.

A. 1458.

Gorius permissione divina Abbas Monasterii *S. Aegidii Nvvrenbergensis*, *Bambergensis* Dioecesis Ord. *S. Benedicti* Universis et singulis - Salutem in Domino! Quia Religiosus Fr. *Matheus* de *Bibra* Commendator Domus Ordinis B. Mariae *Theotonicorum Jerosolymitani Nvvrenbergensis* etc. Datum et Actum *Nvvrenbergae* - - Anno a N. D. Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo octavo, Indict. vj, Pontificatus SS. in Christo P. et D. nostri, D. *Calisti* Papae anno ejus quarto, die vero Veneris, vicesima sexta Mensis Maji.

(a) Hic idem in Charta A. 1447. *Conradus* de *Erlichshuvvzen* nominatur accedentibus in eodem instrumento Validis Viris *Nicolao* de *Leyskvvitz* Camerario et Henrico dicto *Salomone* Familiari ejusdem.

LV.

Bulla Calixti Papae III.

A. 1458.

Calistus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis P. et F. et Sp. S. auctoritate quoque Beatorum *Petri* ac *Pauli* Apostolorum ac nostra omnes Hereticos, *Gazaros*, *Patarenos*, *Pauperes de Lugduno*, *Arnaldistas*, *Speronistas*, *Passagerios*, *Vicleffistas*, *Fraticellos de opinione* nuncupatos et quoscunque alios haereticos, quocunque nomine censeantur, et omnes Fautores, receptores, et defensores eorumdem; Item excommunicamus, anathematizamus, omnes et singulos, cujuscunque gradus, status, Conditionis, aut praeeminentiae existant, etiamsi Pontificali, Regali, Reginali, aut quavis Ecclesiastica seu mundana praefulgeant dignitate, qui perfidis haereticis *Wicleffistis*, qui in hujusmodi damnata *Vicleffistarum* haeresi pertinaciter permanserunt, arma, equos, ferrum, plumbum, lignamina, Sal, oleum, vinum, vestes, victualia, et alia quaecunque ad usum hominum pertinentia, aut quaevis alia praesidia publice vel occulte subministrant. - - - Item Excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos Colligatos *Prussiae*, qui Magistrum et Fratres ac Ordinem B. Mariae *Theotonicorum* bonis mobilibus et immobilibus quibuscunque ac Dominio dictae *Prussiae*, quod de jure B. *Petri* existit, spoliarunt et in praesentiarum spoliare vel impugnare non cessant. Quique dicta bona mobilia vel immobilia temere usurparunt aut occupata detinent de praesenti: Omnes quoque et singulos alios, qui praedictis Colligatis, Spoliatoribus, Impugnatoribus, Usurpatoribus et detentoribus quibuscunque auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, seu alio quovis quaesito colore praestant, cujuscunque fuerint status etc. Datum *Romae* apud S. *Petrum* A. Incarnationis Domini Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo octavo, iij. Kal. April. Pontificatus nostri anno tertio.

LVI.

Bulla Sigismundi Episc. Labacensis.

A. 1468.

Nos *Sigismundus* Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus *Laibacensis* etc. Datum et Actum *Laibaci* in Domibus nostrae solitae Residentiae Anno Dom. Millesimo, Quadringentesimo, sexagesimo octavo Indictione prima, die vero Sabbati undecima Mensis Junii. Pontificatus SS. in Christo P. ac D. nostri; D. *Pauli* divina Providentia Papae II. anno iv. -

LVII.

Diploma Matthiae Regis Hungariae etc.

A. 1486.

Matthias Dei Gratia Rex *Hungariae*, *Bohemiae* etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae *Budensis* Salutem et gratiam. Cum nos attentis et Consideratis praeclara fidelitate et multiplicium servitiorum meritis Fidelis nostri, Egregii *Jacobi Zekel* de *Kevvend* Capitanei Civitatum et Castrorum nostrorum *Rakvvsburgensis*

et

et *Pettoviensis*, * earumdemque partium, nec non Comitis *Zaladiensis*, ac Regii nostri *Sclavoniae* tricesimatoris etc. „[introducuntur *Blasius Zekel* Pater *Jacobi* et *Nico-„laus*, *Benedictus*, *Johannes* ac *Emericus* Fratres *Jacobi* ejusdem; deinde, *Egregius Vir*, „*Nicolaus Lvvsitzki* de *Czetzvvytz*],, Datum *Budae*, viij. die festi B. *Urbani* Papae. A. D. Millesimo, Quadringentesimo, octogesimo sexto, Regnorum nostrorum anno *Hungariae*, vigesimo nono, *Bohemiae* vero decimo octavo.

LVIII.

Charta Capituli Budensis.

A. 1486.

NOs Capitulum Ecclesiae *Budensis* etc. [laudantur hic testes: Egregius *Ladislaus* de *Czereben* Vice-Palatinus, *Thomas Therfeck* de *Bvvkovvyna*, *Andreas* de *Bragafotz*, *Johannes Zeles* de *Zelevvetz*, *Stephanus Thevvrek Rathkovvelgye*, *Georgius Kashelansky* de *Zentlelek*, *Nicolaus* de *Pevvkri*, *Johannes Simonfy* de *Thapoltzamellcky*, *Franciscus* filius quondam *Davidis Nelepetzy*] Datum Anno Domini 1486.

LIX.

Charta Petri Episcopi Neostadiensis.

A. 1488.

WIr *Peter* von Gots gnaden Bischove zu der *Neüstatt* etc. Gegeben zu der *Nevvenstatt* an S. *Osvvalts* tag nach Christi gepurd virzehen hundert Jar, und im acht und achtzigisten jar.

LX.

Diploma Maximiliani I. Imp.

A. 1497.

WIr *Maximilian* von Gottes genaden Röm. Kunig etc. „[meminit hic Impera-„tor Consiliarii sui, Nobilis *Jacobi Zegkel* Domini in *Fridavv* ** et *Pauli* de „*Alstnitz*.],, Geben zu *Insprugg* am freytag nach St. *Pauls* Bekerung, nach Cristi gepurd virtzehen hundert und im syben und nevvntzigisten, unserer reiche, des *Römischen* im eylfften, und des *Hungarischen* im Sybenden Jaren.

LXI.

Bulla Alexandri Papae VI.

A. 1500.

A*Lexander* Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus FF. *Seccoviensi* et *Viennensi* ac *Labacensi*, Episcopis Salutem et A. B. Dudum Magistri et FF. Domorum per *Alamanniam* consistentium Hospitalis B. Mariae *Theutonicorum Hierosolymi-*

H

* Fallor, aut ab hoc descendit familia DD. *Zägl*, Baronum in *Khag*, e quibus *Franz Sigmund* von *Zägl*, Freyherr auf *Khag* unter *Luettenperg* commemoratur in charta Anno 1630. v. P. III. c. V. XX.

** Hic ipse in alia charta A. 1489. *Capitaneus* Regiae Majestatis a Capitulo *Possegensi* adpellatur, ubi etiam mentio injicitur: *Nicolai Zegkel* Germani ejus, Magnifici D. *Mathiae Gereb* Regni *Sclavoniae* Banni, *Emerici Zaz* de *Thamasovvz* p. mem. et filii ejus *Johannis* etc.

lymitani ad Romanam Ecclesiam *nullo medio pertinentis* conquestione per felicis recordationis *Johannem* (a) Papam XXII. Praedecessorem nostrum percepta, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, et alii Clerici, Ecclesiasticaeque personae tam religiosae, quam saeculares, nec non Comites et Barones, Nobiles, Milites, Universitates, et alii saeculares Civitatum, et Dioecesium, ac partium vicinarum, in quibus dictum Hospitale, nec non et alia loca ac membra eidem hospitali pleno jure immediate subjecta, ad eosdem duntaxat spectantia consistere dinoscuntur, occupaverant vel occupari fecerant, Ecclesias, Grangias, Obedientias, Castra, Casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus, et proventus, jura, jurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad dictum Hospitale et alia praelibata ejus membra spectantia, seu eadem detinentibus praestabant auxilium et favorem. Nonnulli etiam Civitatum et Diocesium ac partium praedictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidabant, dictis Magistro et FF. dicti Hospitalis in Ecclesiis Grangiis - - - bonis et rebus aliis ad Hospitale praedictum spectantibus multiplices molestias ac injurias inferebant et jacturas. Idem Praedecessor adversus occupatores, detentores, praesumtores, molestatores et injuriatores hujusmodi, illo volens eis remedio subvenire, per quod ipsorum compesceretur temeritas, et aliis aditus committendi similia praecluderetur, Venn. FF. nostris, tunc suis, Archiepiscopo *Salzeburgensi*, et *Augustensi* ac *Tridentino*, Episcopis suis dedit Litteras etc. [*quibus eadem, quae hic, continentur*] Quocirca Fraternitatibus vestris per Apostolica Scripta mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum per Vos, vel alium, seu alios contra inferentes Magistro praedicto, suisque Successoribus, nec non FF. Hospitalis pro tempore existentibus in rebus et bonis ad eos et eorum Domos spectantibus molestias vel jacturas, in omnibus et per omnia procedatis juxta dictarum litterarum continentiam et tenorem - - - Datum *Romae* apud *S. Petrum* Anno Incarnationis Dominicae Millesimo, quingentesimo, pridie Nonas Aprilis Pontificatus nostri anno octavo.

LXII.
Bulla Gregorii XIII.
A. 1578.

Gregorius P. P. XIII. etc. Ad perpetuam rei memoriam. Eximia quam ad nos, Sedemque Apostolicam Dilecti filii Magister, Commendatarius, et fratres Hospitalis Beatae Mariae *Theutonicorum Hierosolymitanorum* gerere dignoscuntur, devotio Nos inducit, ut quae eis ac dicto hospitali Apostolica auctoritate concessa, et approbata fuerunt, quo majori robore stabiliantur, libenter approbemus, et alia desuper disponamus, pro ut conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane, uti *Henricus* Magister Commendatarius, et fratres praedicti nobis nuper exponi fecerunt, felicis recordationis *Gregorius* nonus, et *Innocentius* quartus eisdem Magistro, et fratribus concesserunt, quod si super indultis, quae eidem hospitali ab eadem Sede pro tempore essent concessa, contra eorum tenorem literas Apostolicas impetrari contingeret, de indultis hujusmodi non faciendam mentionem, ipsi Magister et fratres per eas non tenerentur respondere: et deinde piae memoriae *Alexander* quartus eisdem indulsit, ut ad provisionem alicujus in pensionibus, vel beneficiis Ecclesiasticis per literas dictae sedis, vel legationes ejus impetratas, per quas non sit alicui jus quaesitum respondere minimè tenerentur, nec ad ea compelli possent, nisi literae praedictae de indulto hujusmodi, et toto tenore ipsius expressam

(a) Tabularium Vienn. O. T. hanc ejus bullam *Avenione* iv. Id. Julii 1413. obsignatam etiamnum adservat. in quadam copia solenni ejusdem bullae sit mentio *Joannis Constantini* de *Falkenstain* V. J. D. Scriptoris Apostolici, Ord. *Theutonicorum*, Apostolica atque Imperiali auctoritate Notarii Publ. 1466.

Google

pressam facerent mentionem, cujus *Alexandri* Indultum *Urbanus* quartus, et *Nicolaus* quartus approbarunt, et confirmarunt, ad haec piae memoriae *Bonifacius* nonus motu proprio statuit, et ordinavit, quod de caetero nulli cujuscunque status, gradus, vel conditionis existenti liceret sub excommunicationis sententia eo ipso per contravenientes incurrentes Ecclesias et parochiales Capellas, aut alia beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura eidem hospitali, aut domibus, ab eo dependentibus ubicunquè existentibus Apostolica, vel alia quavis auctoritate incorporata ab eadem sede, vel aliundè impetrari, vel ea quovis quaesito colore petere, vel super ipsis eos impedire, aut quomodolibet molestare posse. Et postremo piae memoriae *Martinus* Papa Quintus praedecessores nostri, eisdem Magistro, et fratribus, ut ad Ecclesias, et beneficia hujusmodi, quae in quibusvis provinciis, sivè locis tunc temporis obtinebant, et in futurum obtinerent, etiam per quoscunqué regi consueta quotiescunqué illas, et illa vacare contingeret personas dicti hospitalis, aut alias Ecclesiasticas, pro ut ipsis melius visum foret Ordinariis locorum, sive aliis, ad quos institutio eorundem personarum quomodolibet, ut praefertur, spectaret de consuetudine, vel de jure praesentare, et Ordinariis ipsis personas hospitalis hujusmodi aut alias Ecclesiasticas instituere, nec non personis praedictis, posteaquam in illis institutae forent, illa regere, et gubernare liberé, et licitè valerent, indulsit, pro ut in diversis eorundem praedecessorum desuper confectis literis plenius continetur. Tum autem, sicut eadem expositio subjungebat, iidem Magister et fratres in usu dictorum privilegiorum, ac conferendi seu praesentandi personas in indulto ab eodem Martino concesso expressas ad beneficia, et Ecclesias hujusmodi fuerint, et à nemine desuper molestari debuerint, et nihilominus a diversis personis praetextu quorundam privilegiorum eis concessorum contra eorum possessionem molestentur, quare pro parte eorundem *Henrici* Magistri, ac Commendatoriorum, et fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eos ab indebitis molestationibus hujusmodi liberare, aliterque in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem *Henricum* Magistrum, Commendatarios, et fratres a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiis, Censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore Censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dictorum praedecessorum nostrorum Vestigiis inhaerentes, et dictarum literarum tenores praesentibus pro expressis habentes, concessiones et indulta, ac desuper confectas literas, nec non omnia et singula in eis contenta Apostolica Auctoritate tenore praesentium ex certa scientia, et de Apostolicae potestatis plenitudine approbamus, et confirmamus, illisqué perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem supplemus, illaqué pro potiori cautela innovamus, et eis, quatenus opus sit, de novo concedimus, ita ut dicti Magister, Commendatarii et fratres in collatione seu praesentatione personarum praedictarum ad Ecclesias,' et beneficia hujusmodi in quocunqué mense, etiam dictae sedi reservato, et apud sedem eandem vacantia quovis praetextu, vel occasione quorumcunque privilegiorum ex quacunque causa Concessorum et ad Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum Principum instantiam molestari, seu perturbari nequeant, nec debeant, et si super indultis, quae eidem hospitali ab eadem concessa sunt sede contra eorum tenorem literas Apostolicas impetrari contigerit, de indultis hujusmodi non faciendo mentionem ipse Magister, et fratres per eas respondere non teneantur, sed liberè possint ad dicta beneficia quandocunque vacantia, personas supra expressas, et alias juxta decreta Concilii idoneas Ordinariis locorum, vel aliis, ad quos institutio hujusmodi beneficiorum de jure, vel consuetudine pertinet, praesentare, decernentes, praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut quovis alio defe-

ctu etiam ex eo, quod interesse habentes vocati non fuerint, notari, vel impugnari, seu ad terminos juris reduci, vel in jus aut controversiam revocari posse, sicque per quoscunque Judices, et Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate ubique judicari ac diffiniri debere, nec non irritum, et inane si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo *Moguntinensi*, et Episcopo *Frisingensi*, et Dilectis filiis Decanis Ecclesiae *Coloniensis*, et Sancti *Servatii* oppidi *Traiectensis*, *Leodiensis* Diocesis mandamus, quatenus ipsi, vel tres, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, et in eis contenta quaecunque, ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, seu Fratrum praedictorum fuerint requisiti, solenniter publicantes, illisque in praemissis efficacis Defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra Magistrum et fratres praedictos praemissis omnibus, et singulis juxta praesentium continentiam, et tenorem pacifice frui, et gaudere, non permittentes eos desuper a quocunque quomodolibet indebité molestari, Contradictores quoslibet, ac rebelles et permissis non parentes per Sententias, Censuras, et poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato et hoc, si opus fuerit auxilio brachii Saecularis, non obstante felicis recordationis *Bonifacii* Papae octavi similiter praedecessoris nostri de una, et Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore praesentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non quo ad omnia supra dicta quibusvis indultis gratiis et privilegiis, Imperatoribus, Regibus, Principibus, et aliis quibusvis personis, quocunque etiam Cardinalatus honore fulgentibus, a quibuscunque Universitatibus, et studii generalis *Lovaniensis*, seu *Coloniensis*, et Facultati artium ejusdem studii *Lovaniensis*, vel Magistratui *Coloniensis*, cum quibusvis et Derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis Clausulis, ac irritantibus decretis in contrarium quomodolibet, et ex quacunque praegnantissima causa, concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, et si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda esset, illorum tenores praesentibus pro expressis et insertis habendos illis aliis in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, et expresse, derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod praesentium transsumptis alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum *Romae* apud Sanctum *Petrum* sub annulo piscatoris Die iij. *Maji* M.D.LXXVIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

LXIII.

Diploma Ferdinandi II.

A. 1625.

Wür *Ferdinands* der Anderte von Gottes Gnaden Ervvöhlter Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs etc. Bekehnnen offentlich mit disen Brief undt thuen khund allermänig lichen vvievvohlen vvür allen undt Jeglichen, unseren undt des Heyl. Reichs zugevvandten unser Kayserlich gnad undt güttigkeit mit zutheilen geneigt seindt Jedoch sein vvür gegen denen, so unsz undt

undt dem Heyl. Reich, alß die nechsten glider, die Bürden, undt Sorgfältigkeit desselben Reichs mit stethen undt getreuen Diensten helffen tragen, mehr bevvegt Sie mit sonderlichen unsern Kayserl. Gnaden zu fürstehen. Wann nun Margraff zu *Brandenburg* etvvan Hochmeister *Teutschen Ordens* in *Preussen*, daselb Hochmeister Ambt mit sambt dem Land *Preussen* undt allen und jeglichen etc. und jeglichen Stätten, Schlössern, Marckhten, Dörffern, undt Güttern, Mannschafften, Herrschafften, Geistlichen und vveltlichen, Ertzen, Bergvverckhen, Fischereyen, Wasserflüssen, Schifflenden, Gurstein, Wildtbänen, Wayden, Zöllen, Wasserzöllen, Weggeltern, Ungeltern, Strafgeltern, Gulden- undt Silbern Müntzen sich deren in Teutschen Landen und Preussen, nach seiner Gelegenheit zu gebrauchen Hohen undt Nideren Gerichten, Gerichts Zvvängen mit ihren Rechten, Ehren, Würden, undt allen andern Regalien, Rechten, undt Gerechtigkeiten darzue gehörig, undt Inmassen seine Vorfahren Hochmeister undt Orden, die von alters hero Inngehabt und besessen, nichts außgenommen In Funffzehen hundert Vier und zvvanzigsten Jahr in unserern des Reichs Statt *Nürnberg* von vveyl. dem allerdurchleuchtigsten Fürsten Herrn *Carln* dem Fünfften diß Nahmens Römischen Kaysers unsern lieben Herrn Vättern, undt dem Heyl. Reich zu Lehen zu empfangen, undt sich damit alß ein Fürst Ihrer Libden und Kayserl. May. und dem Heil. Reich untervvürffig etc. untervvörfflich zu machen erbotten, undt demüthiglich gebetten hat, daß sein Kayserl. Majest. Ihme dermassen anzunehmen, undt zu begnaden und Ihme alsz einen Fürsten des Heyl. Reichs sein Session undt Standt zugeben gnädiglich geruheten, undt dan sein Kayserl. Majest. befunden, daß solch Hoch Meister Ambt undt Landt *Preussen* zum Heyl. Reich gehören, und deßhalben des gemelten Marggrafen *Albrechten* unterthänig begehren, gnädiglich angenohmen, undt bevvilliget, und Ihme alß einen Fürsten des Reichs seine Session und Standt gegeben, daß Er sich auch also gebrauchet hat, undt dan nachfolgendt derselb Marggraf *Albrecht* von dem Orden seiner Religionen gefallen, den Habit verlassen, ein Weib vvider alle Christliche Ordtnung, Satzung, und Recht unbilliger vveiß genohmen, und dem König von *Pohlen* solch Landt Preussen zuzueignen, und daß von Ihme alß ein Hertzogthumb zu Lehen zu empfangen vermeintlicher vveiß unterstanden, dardurch Er vvider Hoch vorige gedachte Kayserl. Majest. unsern lieben Herren und Vättern, und daß Heyl. Reich zum höchsten gefrevelt, und daß Hoch Meister Ambt undt Landt Preussen vervvürckhet hat, undt Ihre Kayserl. Majest. demnach alß Römischer Kayser auß denselben undt andern bevveglichen Ursachen vveyl. *Walthern* von *Cronburg* Maister *Teutschen* Ordens in T. undt W. Landen zu einen Administrator des gemelten Hoch Meister Ambts in *Preussen* gesezt und Ihme daß mit sambt dem Landt zu *Preussen* undt allen andern seinen Ein- und Zugehörungen vvie obsteth zu vervvalten befohlen, auch folgendts auf desselben von *Cronburg* tödtlichen Abgang auch vveyl. dem Ehrvvürdigen *Wolffgangen* Administratorn deß Hoch Meister Ambts in *Preussen* Meister *Teutschen* Ordens in *Teutschen*, undt *Wälschen* Landen, alß deme so an sein des von *Cronburgs* Statt Capitulariter, zu Administraturen undt Meistern ervvählet vvorden zu Lehen gnädiglich verliehen haben, derselb auch hernachmahls auf tödtlichen Abgang mehr hochernenntes unsers lieben Herren Vättern Kayser *Carls*, so solch Hochmeister Ambt undt Landt *Preussen* von vveil. dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten Herrn Herrn *Ferdinandten* Römischen Kayser, unsern geliebten Herrn und Anherren Hochlöbl. Seel. Gedächtnuß, undt dem Heil. Reich gleichermassen zu Lehen empfangen, undt getragen, Inhalt beeder Ihrer Majestett, undt Liebden Kayserlichen Brieff, darüber außgangen, undt nach derofelben aller Ableiben vveyl. *Georgen* Administrator des Hoch Meisterthums in *Preussen* undt Meister *Teutsch* Ordens gleicher gestalt mit berührten Hochmeisterthumb undt Landt *Preussen* durch vveyl. unsern geliebten Herrn undt Vättern Kayser Maximilianen den andern, so lobseeliger Gedächtnuß, auf ihrer Majest. undt Liebden ersten gehaltenen Reichstag zu *Augspurg* unter freien Himmel offentlich undt zierlichen,

I vvie

vvie auch nach desselben Abgang der Ehrvvürdig *Heinrich* Administrator des Hochmeisterthums in *Preussen*, undt Meister *Teutschen* Ordens, in *Teutsch* undt *Wälschen* Landen, so alsz an sein Statt Capitulariter ervvählter Administrator undt Meister von ihrer Majest. und Liebden belehnet vvorden ist, undt dan vveyl. der Durchleuchtigist Fürst Herr *Rudolph* der ander, so Römischer Kayser, unser geliebter Herr Vätter undt Vatter Hochlöbl. Gedächtnusz auf die an dato den 13. Augusti verflossenen Funffzehen hundert undt Neuntzigsten Jahres, zu *Neckhersulm* zvvischen vveyl. unsern freundtlichen geliebten Vättern, *Maximilian* Erz Herzogen zu Oesterreich und Sr. Andt: aufgerichte Vergleichung, undt mit Wissen undt Beliebung aller des Ordens Landt Commenthuren über bemeltes Teutschen Ordens Regalia, Lehen und Weltlichkeiten die Sr. Andt: hievor nach vveyl. Kayser *Maximilianen* des Ordens so unsers geliebten Herrn undt Vätters töddlichen Abgang den dreyssigsten Januar. verflossenen Funffzehenhundert acht undt Sibenzigsten Jahre von vveyl. Kayser *Rudolphen* den anderten etc. empfangen, undt bisz dahero getragen, schrifftlich gethane refutation undt Auffsendung obenermehlten unseren geliebten Vättern Erz Herzogen *Maximilian*, alsz damahligen Administratoren des Hochmeisterthumbs in *Preussen* mit mehr angedeuter Regalien, undt vvas denselben obgehörter massen anhengig am dato den 9ten Novembris Jahrs 1591. undt hernach auf ersthöchst ernentes Kayser *Rudolphs* ervolgtes tödtliches Ableiben jüngst hievor Anno 1613. den 23. August. von vveyl. unseren auch geliebten Herrn Vättern undt Vattern Kayser *Mathiasen* etc. Lobseligster Gedächtnusz, nach deren Ableiben auch vveyl. unsers Brudern Erzherzogen *Carl* Liebden durch dero Abgesandten vvir selbsten gnädiglich belehnet, auf deroselben tödtlichen Hintritt unsz nun der Ehrvvürdig *Johann Eustachius* Administrator der Hochmeisterthumbs in *Preussen* Meister *Teutschen* Ordens in T. undt W. Landen unser Fürst undt lieber andächtiger durch dero nachgemelte Pottschafften, und Gesandten gehorsamlich ersuchet, dasz vvir auf gedachtes unseres Brudern Liebden tödtliches Ableiben Sr. Andt. dasz gedachten Hochmeister- undt Teutschmeisterthumbs Regalien Lehen und Weltlichkeit Sr. Andt. Ordensz in *Preussen*, Teutschen undt Welschen Landen, mit allen undt jeglichen derselben Stätten, Schlössern, Märckten, Dörffern undt Güttern, Mannschafften, Herrschafften, Lehnschafften, Geistlichen undt Weltlichen, Erzten, Bergvverckhen, Fischereyen, Wasserflüssen, schifflenden Gurstein, Wildtbännen, Weiden Zollen, Wasser Zöllen, Weggeltern, Ungeltern, Strafgeldern, Gulden und Silbernen Münzen, sich deren in Teutsch undt Welschen Landen, und Preussen, nach ihrer Gelegenheit zu gebrauchen Hohen und Nideren Gerichtern, Gerichts Zvvängen mit allen ihren Rechten, Ehren, Würden, undt allen andern Regalien, Rechten undt Gerechtigkeiten darzu gehörig und immassen seine Vorfahren Hochmeister, Teutschmeister und Orden, die von altershero ingehabt und besessen, nichts auszgenohmen, so von unsz undt dem Heil. Reich, vvie vorstehet zu Lehen rühren vviederumb zu Lehen zu verleihen, und zu raichen gnädiglich geruheten. Alsz haben vvir angesehen undt güetlich betracht, solche des gemelten Administors bemelts Hoch- und Teutschmeisterthumbs gehorsame Bitte auch die stethen getreuen, undt nuzlichen Dienste die Sr. Andt. Vorfahren an bemelten Orden, undt der Löblich Orden unsz und unseren Vorfahren am Reich, Römischen Kayser, Königen, undt dem Heil. Reich offt undt dickh vvilliglich und unverdrossenlich gethan haben und hinfüro vvohl thuen mag und solle, darzu auch Sr. Andt. sich anerbiethen thut. Undt haben darumb mit vvohl bedachten Mueth, guten Rath und Rechten vvissen mehr gedachtes Teutschmeisters Amt, alle undt jegliche berührts Ritterlichen Ordens Regalien, und Lehen in *Teutschen* und *Welschen* Landen, undt *Preussen* mit allen und jeglichen Stätten, Schlössern, Märckhten, Dörffern undt Güttern, Manschafften, Herrschafften, Lehenschafften, Geistlichen, undt Weltlichen, Bergvverckhen, Erzten, Fischereyen, Wasserflüssen, Gurstein Wiltbänen, Waiden, Zöllen, Wasserzöllen, Weggeltern, Ungeltern, Straf-

Strafgeltern, Müntzen vvie vor ftehet, Salz Pfannen, Hochen und Nideren Gerichten, Gerichts-Zvvängen, mit allen ihren Rechten. Ehren, Würden, undt allen andern Regalien, Rechten, und Gerechtigkeiten darzu gehörig undt gemelte feine Vorfahren Hoch undt Teutfchmeifter undt der Teutfch Orden, die von alters Inngehabt undt befeffen, nichts aufzgenohmen, die vvir Sr. And. alfz Römifchen Kayfer zu verleihen haben undt mögen zu Lehen gnediglich gereicht undt verliehen, raichen undt verleichen Sr. And. die auch alfo von Römifcher Kayferl. Macht, Vollkommenheit vviffentlich in Krafft difz Briefs, vvas vvir Sr. And. daran von Recht- Billichkeit, undt Gnaden vvegen zu verleihen haben, follen undt mögen, alfo dafz fein And. nun fürbas die von unfz undt dem Heil. Reich Lehens vveifz Inhabern halten, befizen, nutzen, nieffen, undt gebrauchen follen undt mogen Inmaffen vvir Sr. And. Vorfahren die Hochmeifter in Teutfch- undt Welfchen Landen die bifzhero Innengehabt, gehalten, genoffen, undt beffeffen haben, ungefährlich von allermäniglich unverhindert. Der Vorgenandt unfer Fürft Adminiftrator des Hoch- undt Teutfchmeifterthumbs hat unfz auch darauf durch Sr. And. Gevvalthabere undt Gefandte, die Ehrfamen, Edlen unfere liebe andächtige, auch gelehrten unfer undt des Reichs lieben getreuen *Johann Rudolphen* von *Gemmingen* Landt Comenthuren der Balley *Oefterreich*, *Adam* Freyherrn zu *VVolckenftein* undt *Troftburg* Commenthurn zu *Tonavverth* unferen Cammerer, undt *Chriftoph VVagnern* der Rechten Doctorn gevvöhnlich gelübt, undt aydt gethan, unfz alfz Römifchen Kayfern von folchen Regalien, Lehen, undt Weltlicheit vvegen getreuen Gehorfamb, undt gevvertig zu fein für Sr. And. rechten Natürlichen Herrn zu halten, zu diennen undt zu thuen, als dafz ein Hochmeifter in Preuffen undt Meifter in Teutfch undt Welfchen Landen, undt unfer undt des Reichs Fürft einen Römifchen Kayfer pflichtig undt fchuldig ift. Undt gebietten darauf gedachtes vveyl. *Albrechten* Marggrafens zu *Brandenburg*, undt allen den Jenigen die fich an feiner ftatt des Landtes zu *Preuffen*, anmaffen, das fie fich gedachtes Landt *Preuffen*, undt alfo vorigerirth unverzogentlich entfchlagen undt den vorgemelten unferen Fürften als Adminiftratorn viel bemeltes Orden abtretten, undt fonft allen undt jeglichen der Landt *Preuffen*, Praelaten, Grafen, Freyen, Commenthurn, Marfchalen, Landt Commenturen, Comentoren, Gebietiger, undt anderer Perfohnen folches Ordens, vvo die feindt, fo albereith den gedachten Orden defacto muthvvilliger vveifz fo vill von Ihnen hingelegt, undt den jenigen, fo den felben Orden noch providiren, undt darinnen verharren, auch derofelben Landt *Preuffen*, Grafen, Freyen Herrn, Rittern, Knechten, Mannen, Vögten, Ambtleuthen, Burgermeiftern, Rathen, Burgern, Pflegeren, Gemeindten, Hinterfeffen, undt Unterthannen, in vvas Würden, Standt oder Wefens die feindt, ernftlich, undt feftiglich mit difen Brieff, dafz Sie den vorgenandten unferen Fürften, alfz Adminiftrator des Hochmeifterthumbs in *Preuffen*, für undt alfz einen Adminiftrator des Hochmeifterthumb anf- undt annehmen halten, undt Sr. Andacht in aller undt jeglichen Ihr undt Ihres Ordens und Landt *Preuffen*, mit ihrer zugehörden, Gefchäfften undt Sachen, Sr. And. undt ihres Ordens Regalien, Lehen, Gericht undt Herrlichkeiten berührendt, undt in allen andern vorberührten alfz ihren Rechten Herren, ohne alle Irrung undt Widerredt, unterthenig gehorfamb undt gevvärtig fein undt fich daran, Efz feye Huldung, Gelübt, Pflicht, Ayde, oder fonft anders, vvie dafz Nahmen hat, Nichts verhindern noch irren laffen, dan vvir folches alles undt jedes mit vvohlbedachten Muth, Rechten, Wiffen, undt von unferer Kayferlichen Macht Vollkommenheit alfz freventlich, unbündig undt undüchtig aufgehebt vernichtet, undt Sie davon abfolviret haben. Wie vvir dan folches alles mit undt in Krafft difz Briefs aufheben, vernichten, und Sie davon abfolviren, alfz lieb Ihnen allen undt Ihr Jeden befonder fey, unfer undt des Reichs Acht, undt Oberaacht zu vermeiden. Wir gebietten auch demnach allen undt jeden unfern undt des Reichs Churfürften, Fürften, Geiftlichen, undt Weltlichen

lichen, Praelaten, Grafen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Landt-Vögten, Haubtleuthen, Vitzdomen, Vögten, Pflegern, Vervvesern, Ambtleuthen, Landt-Richtern, Schuldtheissen, Burgermeistern, Richtern, Räthen, Burgern, Gemeindten undt sonst allen andern unsern undt des Reichs Unterthanen undt Getreuen, in vvas Würden, Standt, oder Weesen die sein, undt auch sonderlich des obgenenten Ordens-Mannen, Ambtleuthen, Burgermeistern, Räthen, Vögten, Richtern etc. hiemit ernstlich undt festiglich mit diesen Brieff, undt vvollen, daß Sie obgenanten unsern Fürsten Administratorn undt Meistern Teutsch Ordens, bey obgedachten Regalien, undt Lehenschafften, handthaben und dero vvie vorstehet, geniessen, gebrauchen undt darbey ruhig bleiben lassen, allerding ohne Irrung undt Verhinderung alß lieb einen Jeden seye, unser undt des Reichs schvvere Ungnadt undt Straff, undt darzu Pön, nemblich hundert Marckh lötiges Golts zuvermeiden, die ein Jeder so offt er freventlich hiervvider thäte, unß halb in unser, undt des Reichs-Cammer, undt den andern halben Theill offt ermelten Administratori undt Meister undt Sr. And. Orden unabläßlich zubezahlen verfallen sein solle, daß meinen vvir Ernstlich. Mit uhrkundt diß Brieffs besiegelt mit unseren Kayserlichen Insigl. der geben ist, in unserer Statt *VVienn* den 12ten Tag des Monaths Maji, nach Christi unsers lieben Herren undt Seeligmachers Gnadenreichen Geburth in Sechzehenhundert funff undt zvvanzigsten unserer Reiche des *Römischen* in Sechsten des *Hungarischen* in Sibenden, undt deß *Böheimbischen* in Achten Jahren.

FERDINANDT.

Vt
PETER HEINRICH zue
STRALENDORFF

Ad mandatum Sacrae Caesareae Majestatis proprium.

Taxator FREISSINGER

JOHANN SOLDNER Dr.

PARS

PARS III.

MONUMENTA
DIPLOMATICA


BALLIVIAE AUSTRIACAE.

PRAEMITTITUR DE HUJUS ORIGINE
DISSERTATIUNCULA CUM ALIIS AD EAM
SPECTANTIBUS.

Digitized by Google

Digitized by Google



CAPUT I.



Uo tempore, cujusque auctoritate inclytus Equitum Teutonicorum Ordo in his terris consederit, qua etiam aetate Austriaca illius Ballivia, qua de nobis nunc sermo, esse acceperit, quoniam ex Tabularii ipsius documentis certiores fieri non possumus, ad impressos nobis libros; immo potius, nec his certi quidquam et firmi suppeditantibus, ad conjecturas est confugiendum. Lazius itaque diligens Rerum Austriacarum Scrutator Lib. III. c. VI. (a) de Reb. Vien. se hujus originem juxta cum ignarissimis nescire, ingenue fatetur: sed Lib. II. c. II. Hierosolymitanorum (i. e. nostrorum) Equitum Templum, posteaquam, pari cum illo Melitensium fato, octingentis ante sua tempora annis plane consedisset, ab stirpe per praefatos Equites exaedificatum fuisse suspicatur. Negat autem longaevam horum templorum vetustatem Auctor Germaniae Austriacae pag. viii, absque eo, quod de ipsorum origine certum quid statuat. Cuspinianus in Austria pag. 24. propius ad scopum nostrum accedit, quem totum locum huc transferimus. „*Hic Leopoldus* (Virtuosum putat, quem ille VI. nuncupat) *vel ut verius Scribam*, „*Luipaldus Dux Austriae Fratres Hierosolymitanos ex Accaron, postquam a Friderico II.* „*Imperatore in imperium assumpti et magnis libertatibus sunt insigniti, etiam in Austriam* „*voluit implantare, multisque redditibus ac annuis censibus locupletavit, et villam illam* „*prope Viennam, Erdpurg dictam - - - libere donavit caeteraque bona suppeditavit*," etc. pag. 61. ait. „*Et Magister huic Teutonicus Hierosolymitanus Viennae ad S. Elizabeth* „*habitans a Friderico I. Imperatore ex Accone in Prusiam delatus, ubi supremus eorum* „*magnus Magister, plerumque Dux natus, caeteros in Germaniam mittit. Hunc nostrum* „*ab Austriae Duce supra quatuor Provincias, Austriam, Stiriam, Carinthiam et Carnio-* „*lam supremum constituit et in Viennam Civitatem suscepit Fridericus I. dictus Catholi-* „*cus et Fridericus II. dictus bellicosus ex Ducibus Sueviae, quem pluribus libertatibus Leo-* „*poldus VII. donavit parrochiam scilicet in Gundelskirchen* (Gumpelskirchen) *dedit, id quod*

(a) Confundit tamen inibi Ecclesiam O. T. cum illa Equitum Melitensium: vix enim quisquam Viennae adeo hospes est, qui nesciat eam Ord. Teut, plateae, cui ab cantoribus nomen est, adjacere, et S. Elizabethae sacram esse.

„*quod et Albertus confirmavit. Vidi Friderici I. et II. et Patris eorundem Leopoldi VII.* „*super variis libertatibus diplomata, quorum data sunt M.CC.XL. quae Albertus confir*-„*mavit anno MCCCLXV. Fridericus Imp. II. omnia inprimis ratificavit. Luipaldus item* „*VII. anno M.CC.X.* (b) *plures libertates dedit, quae omnia oculata fide diligenter con*-„*spexi et vidi, ut posteri mihi fidem certam habeant.*„ Non morabor dilucidos, qui hic occurrunt anachronismos, apertaque sphalmata (c) (nam illa partem etiam ab Typothetarum incuria proficisci potuere) sed, ecquid hisce pensitatis sentiam, effabor. Vero itaque simile non existimo, Leopoldum Virtuosum Equites Teutonicos in Austriam advocasse. Ordo, vix dum natus, tenuis erat, nec ita numerosus, ut de suis in exteras regiones mittendis cogitare potuisset, domi etiamnum non satis firmatus: in summa nullum ejus rei vestigium aut simulacrum extat. Quin igitur Leopoldo Glorioso, Virtuosi filio, Ordinis Teutonici in Terris suis stabilimentum, (posteaquam ex munificentia fidelium quaedam jam jam illic bona consecutos, ordo hic fuisset) adscripserim, his rationibus inductus. Ac primo quidem verba Friderici Bellicosi, Patris hujus sui peculiarem in praefatum Ordinem benevolentiam, hunc in modum testantur (d): „*Vestigiis Viri Christianissimi et devotissimi Principis,* „*Patris nostri, f. m.* Leupoldi *Ducis Austriae inhaerentes, Fratribus Hospit. S. M. Domus* „*Theotonicorum in Jerusalem, qui Patri nostro magis* Familiares *prae caeteris et fidelio*-„*res extiterunt* etc.„ Deinde Duisburgius (e) dum Hermanni de Saltza Magistratum recenset (qui cum Leopoldo Glorioso Synchronus erat) talia refert. „*Tempore etiam* „*hujus F. Hermanni meliora Privilegia tam Papalia, quam Imperialia Ordini sunt colla*-„*ta: magnifica quoque dona in Appulia, Romania, Armenia*, Almannia, Ungaria - - - *Ordini sunt donata:* Quicum conjungendus Cel. Bayerus, qui ex Oliverio (f) narrat, Leopoldum nostrum Hermanno huic sexies ℈ argenti marcas et amplius dono dedisse, ut quaedam bona exinde compararet. Denique hic primus Austriae Ducum est, cujus monumentum Balliviae Austriacae (g) Tabularium conservat; quapropter (etsi haec argumenta pro Achilleis minime venditem) conjecturam facio, eumdem hunc esse Leopoldum, pro quo FF. Ordinis Teutonici in Capitulo, Presbytero praeeunte preces ad Deum effundere consueverant, nimirum illum cum duobus, in aliis itidem Provinciis, Fundatoribus ceu tertium consociantes: verba ipsa ex antiqua membrana, Saec. saltem XIV. scripta, subjunximus. „*Pey namen so* „*gedencket Hertzog Friedrichs von Svvaben und Kunig Haynrichs seins Pruoder, der seyd* „*Chayser vvart und der Erlichen Purger von Liubecke und Bromen, di Stiffter vvarden* „*unsers Ordens. Auch helfft mir zu gedencken Hertzogen LEVVPOLTS von Osterreich* „*und Hertzogen Chunrats von der Massavv und Hertzogen Sambert von Pomeran* etc.„

Ex his in unum reductis rationem ineo, Privatorum primum liberalitate (h) bonis nonnullis in Austria potiri coepisse Ordinem Teutonicum; accessisse posthaec munificentiam et auctoritatem Leopoldi Gloriosi, Principis Terrae: huic rerum incremento Commendarum quarundam initium successerit (i), a quarum tempore

(b) Vid. hujus P. c. II. n. 1.
(c) Quosdam obiter duntaxat commemorabo. 1.) *Leopoldum Virtuosum* Friderico II. Synchronum facit: at hic (ut erudite Hahn: in Reichs-Historie p. IV.) 1194. in vitam introivit, ille ex relatu Cuspin. ipsiusmet A. 1193. vita functus est. 2.) *Erdpurgum* (nunc Erdperg) non *Leopoldus*, sed *Margaretha* Rom. Regina Ordini donavit. v. hujus Part. c. II. n. III. 3.) Equites Teutonici tempore Frid. II, non I, in Prussiam delati fuere: idque per *Conradum* de Massovia. 4.) *Fridericus* I, Frater *Leopoldi* Gloriosi (Cusp. VII.) fuit, *Fridericus* II. Filius; qui ergo *Eorumdem* Pater *Leopoldus* hic dici potuit? etc.
(d) v. c. IV. n. 1.
(e) in Chron. Pruss. p. 26.
(f) v. Contin. Gelehrt. Preussen I. Quart. p. 22.
(g) c. II. n. 1.
(h) v. cit. mox chartam c. II. n. I. etc.
(i) v. c. III. n. I, c. IV. n. I, c. V. n. I. etc.

pore (circa umbilicum forte Saeculi XIII.) Epocham Balliviae Austriacae figendam esse a vero minime abhorret. Utrumque istud se habeat, illud cum vero optime consonat, ante Chunradum de Osterna Praeceptorum Provincialium in documentis, quae in Tabulario hujusce Balliviae extant, reperiri neminem. Cum hoc Consignationem Praeceptorum seu Commendatorum Provincialium in Austria incipimus, in quo ita versabimur, ut aut annum, quo quisquam rerum summae praefectus fuerat, aut (si de hoc minus constet) illum, quo primum in chartis deprehenditur, apponamus et ortographiam observemus ejus temporis, quo quisque fasces gerebat. Nunc igitur prodeat

I.
CATALOGUS
Reverendissimorum ac Illustrissimorum DD. Commendatorum Provincialium Ord. Teuton. Balliviae Austriacae, quorum quidem nomina in Chartis Tabularii ejusdem reperiuntur.

I.
Chunradus de Osterna. 1247.
vide P. III. c. V. n. IV.

II.
Chunradus de Immerlehe. 1250.
vid. c. III. n. II. ubi dicitur; „vices Commend. Austriae gerens:„ *idem fuerit quod nunc* Locumtenens Provinc.

III. (a)
Chunradus de Thetelbach. 1286.
vid. c. I. n. IV.

IV.
Hainrich von Manstoch. 1291.
vid. c. II. n. XXII.

V.
Hainrich von Gleina. 1298.
vid. c. II. n. XXIV. XXV. etc.

VI.
Herman von Lessche. 1306.
vid. Fasciculus Graec. n. 10.

VII.
Hainrich von Goeldelin. 1316.
vid. Fascic. Vienn. n. 48.

L VIII.

(a) Conjectura esse posset, Ottonem de Sleunz (v. c. II. n. V.) et Ortolphum (v. ej. c. n. XVI.) hic sibi locum deposcere, quorum ille ad A. 1259. hic 1283. commemoratur: verum, quum vero perquam simile argumentum non suppetat, illos intrudendos non esse credidimus. Pari ratione *Ortolphum de Dreschirch* Commendatorem Frisacensem et Viennensem demum fuisse ex hujus Tabularii chartis fit clarum: at eumdem Commendatorem per Austriam et Styriam (Provincialem adeoque) A. 1253. fuisse, quod Auctor libri. *Wunder und Andacht von und zu den Marianischen Gnaden-Bild zu Hietzing in Unter-Oesterreich*, praetendit, deprehendere non licuit. Sane contractûs charta testimonium huic asserto non perhibet.

VIII.

Otto von Wolchemarck.
vid. c. II. n. XLVII.

IX.

Jeske von Matschau.
vid. ibidem: ubi Jeske von Behemen *nominatur, quod Bohemia ei patria fuerit: sed in libro Ordinis membranaceo S. XIV. legitur* „disen gesezte hat pracht pruder Jezke „von Matshau der Lantcommendur ze Osterrich.„

X.

Herman Kuedorfer. 1335.
vid. Fasc. Vienn. n. 7. et 76. item cit. c. II. n. XLVII.

XI.

Hanns von Rinkkenberch. 1342.
vid. Fasc. Graec. n. 21. it. c. VII. n. XI.

XII.

Hans von Rumpenhaim. 1361.
vid. c. I. n. V.

XIII.

Fridreich von Wobarth. 1378.
vid. Fasc. Vienn. n. 220.

XIV.

Wernherus de Übelsheim. 1382.
vid. c. I. n. VI. et VII. n. XVI. ubi Wernherus de Ubelsheim adpellatur.

XV.

Ulrich von Gravvnberch. 1386.
vid. Fasc. Vienn. n. 75.

XVI.

Stephan Ströbein. 1388.
vid. Fasc. Tzern. n. 7. et Fasc. Laybac. n. 122.

XVII.

Walrab de Scharfenberg. 1393. *
vid. Fasc. Tzernóm. n. 4. dein c. VII. n. XVIII.

XVIII.

Jobst von Sachsenhausen. 1402.
vid. Fasc. Vienn. n. 15.

XIX.

Petrus Lynntzer. 1407.
vid. c. VII. n. XIX.

XX.

* Ex antiqua tabula constat, sub hujus magistratu Ecclesiam Vienn. Ord. Teut. consecratam fuisse: legitur in fine memoratae Tabulae. „*Nota vvan die Chirich gevveiht ist. Nach Christs „gebürd, da man zehlet tausent, dreihundert, und in den fünff und Neunzigsten Jahr an dem „vierdten Sontag in den Advent ist gevveihet vvorden di gegenvvertige Chirch und ist die „Chirchvveih gesezt an Sontag nach Sand Elizabeth. Hanc Tabulam disposuit Her Franz Ja„cob Wolgemut tunc temporis Commendator* et *Plebanus* hujus *Ecclesiae. Anno D. Millesimo, „quadrigentesimo, Sexagesimo Sexto.„*

XX.

Hans Nemperger. 1414.
vid. Fasc. Vienn. n. 188. Charta Dominica ante Fest. S. Bartholomaei data est.

XXI.

Johann von Lenz. 1414.
vid. Fasc. Neostad. n. 74. Dies chartae feria II. post fest. S. Ursulae exprimitur.

XXII.

Sigmund Ramung. 1420.
vid. Fasc. Frid. n. 3.

XXIII.

Johann von Anevveil. 1424.
vid. Fasc. Vienn. n. 249.

XXIV.

Johann von Pomershaim. 1440.
vid. c. I. n. VIII.

XXV.

Ott von Kunigsfeld. 1461.
vid. Fasc. Neost. n. 35.

XXVI.

Conrad Hölzel Locumtenens Provinc. 1466.
vid. Fasc. Tschern. n. 10. Advertendum hic Locumtenentes Provinc. (*vulgo* Statthalter der Balley) *primis plerumque annis nuncupari illos, quos Magnus Ordinis Magister Balliviae praeficit; nimirum tantisper, dum* Commendatoris *seu* Praeceptoris Provincialis *titulo ab illo condecorantur.*

XXVII.

N. von Hardeck. 1477.
Hunc Provincialem fuisse Commendatorem, ex eo solum depromere licuit, quod ipsius insignia inter illa Commendatorum Provincialium Frisaci in Ecclesia Domus Teutonicae hoc ordine videantur, quae post medium Saeculi XVI. illic reposita fuisse conjectura est, quoniam scutum gentilitium Leonardi Formentin ultimum locum sibi vendicarunt.

XXVIII.

Conrad von Stauchvvitz. 1487.
vid. Fasc. Tschernembl. n. 8. dein c. I. n. IX. X. XI. Extat in Tabulario hocce Charta D. Andreae Osterwytzer Decani et Capituli Ecclesiae Collegiatae S. Virgilii in Frisaco A. 1488. obsignata, in qua sequenti titulo exornatur. „Nobilis ac Religiosus Dominus, D. Conradus Stauchvvitz Professus Ordinis B. Mariae Jherosolymitani Theotonicorum ac „ejusdem Ordinis per Austriae, Styriae, Karinthiae et Carnioliae Ducatus Generalis „ac Provincialis Commendator atque Praeceptor etc. „

XXIX.

Andre Moshamer. 1501. Prov. Locumtenens.
vid. c. II. n. LXXXIII.

XXX.

Conrad Kotvviz. 1506.
vid. Fasc. Layb. n. 41.

XXXI.

Christoff Avver von Hernnchirchen. 1519.
vid. Fasc. Neost. n. 51. Quum hic 1523. officio se abdicasset, in ejus locum repositus est

XXXII.

Jobst Truchsess von Wetzhausen. 1524.
vid. c. III. n. XXX. De isto Necrologium Membr. Ord. Teut. ad d. XXVIII. Jun. hoc prodit: „Obiit Jobst Druksess 1536. *Adjunctus est ei in Societatem laborum, honoris quoque post ejusdem obitum heres.*

XXXIII.

Erasem Freyherr von Thurrn und zum Creutz.
vid. Fasc. Vienn. n. 223. et c. V. n. XIX.

XXXIV.

Gabriel Creutzer. 1542.
vid. Fasc. Bullarum Papal. etc. n. 280. Mortis autem tempus Epitaphium ejus, in Templo O. Teut. S. Elisabethae sacro, nos edocet, quod tale est. „Dem Ersten tag Decembris des 1568. Jahr ist gestorben der Ervvirdig, Edl, und gestreng Ritter, Herr Gabriel Creützer Landt Commentheur Teutschordens der Balley in Oesterreich, Röm. Kay. May. etc. Kaiser Ferdinando Höchstlöblichister gedechtnus gevvester Vice Statthalter der N. O. Landt, Jeziger Röm. Kay. May. etc. Kayser Maximiliano des andern Hofrath, auch Jrer Fr. Dr. Ertzherzog Carls zu Oesterreich etc. Rat, und ligt alhie begraben. Dem Gott uns allen gnedig und barmherzig sein vvolle.

XXXV.

Leonard Formentin zu Thulmein. 1568.
vid. Rationes Balliv. n. 1.

XXXVI.

Marquard Freyherr zu Egg. 1596.
vid. Fasc. Bull. Papal. etc. n. 281.

XXXVII.

Maximilianus Ernestus Archidux Austriae. 1615.
vid. in Tabul. Chartam Installationis, ut vocant, datam Graecii 12. Jul. Anno ut supra.

XXXVIII.

Johann Rudolf von Gemingen. 1619.
vid. Fasc. Bull. Pap. etc. n. 284.

XXXIX.

Gotfrid von Schrottenbach. 1637.
vid. ibid. n. 286.

XL.

Johann Jacob von und zu Dhaun. 1642.
Ibid. n. 288.

XLI.

Johann Caspar von Anbringen. 1662.
vid. Fasc. Vienn. n. 257.

XLII.

Georg Gottfrid Freyherr von Lamberg. 1664.
vid. Fasc. Bull. Papal. etc. n. 291.

XLIII.

XLIII.

Chriftoff von Hinecken. 1672.
Ibid. n. 292.

XLIV.

Seyfrid Graf von Sacerau. 1685.
In ejus Epitaphio, quod in laudato superius Templo S. Elisabethae O. T. spectatur, haec legere est.

Hic jacet

„Reverendiffimus et Illuftriffimus D. D. Sigefridus Comes de Saurau L. B. in Fried- „et Veftenberg, Hereditarius Marfchallus Styriae, Teuton. Ordinis Eques, Com- „mendator Provincialis Balliviae Auftriae, Commendator Viennae Neoftadii et in „Lech penes Graecium, qui Teutonum Aris dicatus fuit et armis, eaque fortiter „geffit et verum e Teutonum Ordine heroem expreffit. Deinde Auftriae et Sty- „riae praeclare praefuit XVI. annis, fapientia ac rara prudentia: ac tandem fenio „fractus terrae fomes et vermium comes eft factus, A. MDCC, die vero XXVIII. „Martii, Aetat. LXXII. Cujus offibus precare pacem, animae vero aeternae bea- „titudinis facem, et abi!

XLV.

Theobald Henrich Graf von Goldftein. 1700.

XLVI.

Guidobald Graf von Starhemberg. 1719.
Huic ut fingularis obfervantiae ergo fequens carmen, accinam, mihi licet!

Ars, Pietasque, Fides, Prudentia: *quaelibet harum*
Te GUIDOBALDUM dixerat esse suum.
Ast intercessit Deus, atque ait: Ille, renatus
Quondam morte, meus (sit modo vester) erit.

II. CATALOGUS,

Commendarum Balliviae Auftriacae.

Ballivia Auftriaca complectitur Commendam

- *Viennensem*, in Auftria Inf. Metropol. ubi nunc Sedes Commend. Provincial.
- *Neoftadiensem*, in Auftria Inf.
- *Graeciensem*, in Styria Metrop.
- *Meretincensem*, *Grofs-Sontagiensem* } in Styria.
- *Laybacensem* in Carniolia Metrop.
- *Metlicensem* *Tzernömlensem* } in Carniolia.
- *S. Georgii in Sandhof*, *Frifacensem*, } in Carinthia.
- *Lincensem*, in Auftria Sup. Metrop.
- Quondam *Brixinensem* in Tyroli, quae A. 1622. ad Goritiense Soc. Jefu Collegium tranfiit.

M III.

III. CATALOGUS.

Equitum, Ordinem Teutonicum in Ballivia Auftriaca profefforum, quorum memoria in ejusce Balliv. Tabulario fuperftat.

Reverendiffimi ac Illuftriffimi D. D.

A.

Sigismundus Senior de *Altenhaus.* 1572. Ordini fe mancipavit.
Antonius de Arzan. 1571.

B.

Wolfg. Emericus Lib. Baro de *Buechaimb.* 1644.

C.

Erafmus Ferdinand. L. B. de *Colonitfch.* 1624.

D.

Thomas de *Dornberg.* 1578.

F.

Petrus *Fegotricer.* 1495.
Franc. *Formentin.* 1585.

G.

Joh. Sigismundus L.B. de *Gaymann.* 1688.

H.

Joh. Jacobus *Haller* L. B. de Hallerftein. 1668.
Jacobus Comes de *Hallvveil.* 1724.
Joh. Jofeph. Philippus Com. de *Harrach.* 1712.
Reinbertus *Hendel* L. B. de Altrainn.
Fridericus L. B. de *Herberftein.* 1592.
Heinricus Comes de *Herberftein.* 1672.
Ferdinandus *Herzencraft.* 1609.
Joh. Francifci *Herzencraft.*

K.

Joh. Jacobus *Kazianer.* 1508.
Wolfg. Andreas L. B. de *Kullmar.* 1685.

L.

Ludovicus de *Löbenftain.* 1642.

P.

Theophilus *Petting.* 1598.
Joh. Jac. L. B. de *Franck.* 1649.

R.

Jofeph de *Raunach.* 1564.

S.

Erafmus Com. de *Saurau.* 1640.
Guidobald. Max Com. de *Saurau.* 1691.
Joh. Chriftophorus Comes de *Schallenberg.* 1686.
Georgius *Scharpf.* 1563.

Erafmus

Erasmus Com. de *Stahremberg.* 1716.
Georg Leonhardus a *Staudach.* 1639.
Christianus de *Stubenberg.* 1713.

T.

Joh. Fridericus Dom. de *Tschernembl.* 1656.
Johannes Dom. de *Tschernembl.* 1670.
Franc. Josephus Com. de *Thurn.* 1696.

W.

Joann. Georgius de *Wassey.* 1595.
Bernhardus de *Welz.* 1619.
Victor Com. de *Welz.* 1671.
Philippus *Weydecker.* 1496.
Jacobus L. B. a *VVolkenstain.* 1620.

Z.

Georgius *Zebinger.* 1563.

Reliquos chartae in hoc opere impressae suppeditabant

I.

Diploma Friderici II. Imp.

A. 1236.

F*Ridericus* Dei Gratia Rom. Imperator Semper Augustus *Jerusalem* † et *Siciliae* Rex - - - Notum fieri volumus universis tam praesentibus, quam futuris, quod cum S. Domum S. Mariae *Theutonicorum* in *Jerusalem* tamquam *Progenitorum nostrorum opus* favorabili complectamur affectu et ubique per Imperium nostrum protectione nostra gaudeat et favore, similem sibi gratiam in Ducatibus *Austriae* et *Styriae* et Marchia *Carniolae* ampliantes, Domos ejusdem Ordinis sitas in provinciis memoratis, cum Praeceptoribus, Fratribus, Hominibus Colonis, Servientibus et famulis eorum, nec non cum omnibus bonis, quae in praesentiarum juste tenent et possident, vel justis titulis poterunt adipisci, sub nostra et Imperii nostri protectione recipimus speciali, eximentes eos ab omni saeculari judicio, munere servitiorum et exactionum onere secundum indultam eis ejusdem Ordinis libertatem etc. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium fieri fecimus, et sigillo nostro jussimus communiri. Testes autem sunt hi: W. * Rex *Boemiae*, *Bertholdus Aquilegensis* Patriarcha; *Sifridus Moguntinus*, *Theodoricus Treverensis*, et *Eberhardus Saltzburgenses*, Archiepiscopi: *Ecgebertus Babenbergensis*, *Sifridus Ratisponensis* Imperialis aulae Cancellarius, Episcopi; *Otto* Comes Palatinus *Reni*, Dux *Bavvariae*; *Bernhardus* Dux *Charintiae*, *Heinricus* Lantgrafius *Thuringiae* Comes Palatinus *Saxoniae*; *Gothefridus* et *Conradus* Fratres de *Hohenloch*, *Conradus*, *Luitholdus* Fratres Comites de *Hardecge*; *Otto* de *Sluentz*, *Heinricus* et *VVernardus* Fratres

† Titulum Regis *Jerusalem* sanctum cum primis habuit *Fridericus* noster; si quidem in ejus sigillo (quod illum sedentem in solio exhibet, dextra sceptrum, laeva globum sustinentem) in medio sub manu dextera *Rex*, sub sinistra IERLM est legere; ne desideraretur Titulus, cui epigraphe: *Fridericus D. G. Imperator Romanorum semper Augustus*. Spatium denegavit, aliam prae se fert formam, quod in libro *Oesterreichischer Ehren-Spiegel* p. 185. sub aspectum datur, Sigillum Nostrum illi simile est, quod Cl. Philibertus Hueber p. m. in Austria ex Archivio Mell. Illustrata Tab. III. n. 4. exhibet, nisi quod haec ipsa ibi verba *Rex Jelm* vetustate forsan corrupta non bene exprimantur. Vid. Raynaldum ad A. 1231, ubi hac super re Epistolam Gregor. IX. ad Fridericum reperire licebit.

* Wenceslaus III.

tres de *Schevvenbere*, *Kadoldus* de *Apif* † de *Veldesbere*, *Hademarus* et *Rapoto* de *Schoenenbere*, *Hademarus* de *Sunnenbere*, *Heinricus* de *Brunen*, *Imfridus* de *Hinpere* cum Fratribus suis, *VVichardus* de *Arnstein*, *Heinricus* de *Sevelt*; de partibus *Austriae*. Comes *Ulricus* de *Phannenbere*, Comes *VVillehelmus* de *Hunnenbere*, Comes *Hermannus* de *Ortenburg*, *Luitholdus* et *Ulricus* de *VVildonia*, *Fridericus* et *Hartnidus* de *Betovve*, *Reinbertus* de *Muereege*, *Heinricus* de *Trichse*, cum quam plurimis aliis de *Styria*. Comes *Galle* de *Carniola* et alii quam plures, qui interfuerunt. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, ducentesimo, tricesimo sexto, Mense Februario, decimae Indict:, Imperante Domino nostro *Friderico* Dei gratia Rom. Imperatore semper Augusto,(a) *Jerusalem* et *Siciliae* Rege, Romani Imperii ejus xviij. Regni *Jerusalem* duodecimo, Regni vero *Siciliae* Tricesimo octavo, feliciter amen. Datum *VVienna* Anno, Mense, Indict:, praescriptis.

II.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1261.

A*lexander* etc. Praeceptori et Fratribus Hospitalis S. Mariae *Theutonicorum* in *Alamannia* S. et A. B. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Sane, sicut lecta coram nobis vestra petitio continebat, *Saltzeburgensis* Archiepiscopus illa de causa circa vos pie dirigens benignitatis affectum, *quia in Ordine vestro promotioni fidei et Hospitalitatis officio cum omni diligentia desudatur*, Capellam *S. Johannis* juxta flumen *Feustriez* cum omnibus juribus et pertinentiis suis *Saltzeburgensis* dioecesis, spectantem libere ad collationem ipsius Archiepiscopi, de consensu Rectoris eidem Capellae et *Saltzeburgensis* Capituli vobis pia et provida liberalitate concessit, ut cedente vel decedente dicto Rectore proventus eidem Capellae in vestros proprios usus in perpetuum convertere valeatis, Presbytero ibidem perpetuo servituro de proventibus ipsis portione congrua reservata, de qua congrue sustentari valeat, at consueta ipsius Capellae onera supportare, prout in patentibus litteris confectis exinde, ac sigillo Archiepiscopi praefati signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Archiepiscopo super hoc provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Dat. *Laterani*, vij. Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno vij.

III. Bulla

† Leg. *Dapifer*. ita in Vidimus *Alberti* Episcopi *Ratisponensis* et *Sifridi* Abb. de S. *Cruce* Cisterc. Ord., et *Philippi* Abb. Scotorum *in Wiyenna* seu *Vienna*: cui quidem copiae annus nullus adscriptus est, Scriptura tamen Saec. XIII. et tempus vitae *Alberti* (II. seu magni, ut Hundio itidem audit) post medium Saec. XIII. chartam datam fuisse, argumento sunt.

(a) Idem Imperator *Wienna* 1236, mense Februario, *Officialibus* suis *Mutariis* et caeteris per Ducatus *Austriae* et *Styriae*, nec non per *Marchiam* Carniolae constitutis declaravit, Fratres *Ord. Teut. Ballyviae*, *Austriacae* atque omnia eorum a *qualibet exactione Mutae et Thelonei* liberos esse. Vide etiam Collectionem Vett. Scriptorum etc. Martenianam Tom. II. p. 1184.

Digitized by Google

III.

Bulla Alexandri IV. Papae.

A. 1261.

Christoph Ehrenreich Graff und Herr von *Schallenberg* Freyherr auf Lufftenberg. —

Christoph Hardman des Heil. Röm. R
Jhro Röm. Kays. M

Rarba... | Herr von *Scherffenberg.* Radigund Herrin v. *Arberg.* | Michl von *Eizing.* Anna Herrin v. *Seberg* | Ernst von *Schönberg.* Anna Gräffin v. *Reinegg.* | Sigmund Graf von *Gleichen.* Elisabeth Gräffin v. *Ysenburg.* | Wolff von *Stumberg.* Sofia von *Teüffenbach.* | Hanns v. *Scherffenberg.* Christina von *Eizing.* | Balthasar von *Tonhausen.* Evarosina *Apfalterin.* | Simon *Tänckhl.* Genoveva von *Lauberberg.*

...gdal... von ...rbach | Hans von *Scherffenberg.* | Christina Herrin von *Eizing.* | Heinrich Herr von *Schönburg.* | Anna Grafin, von *Gleichen.* | Hans von *Stumberg.* | Benigna von *Scherffenberg.* | Franz von *Tonhausen.* | Jacobina *Täncklin.*

...har. | Friderich von *Scherffenberg.* — Anna Herrin von *Schönburg.* | Georg Hartman von *Stumberg.* — Dorothea von *Tonhausen.*

Hans Ernst Herr von *Scherffenberg.* — Dorothea Herrin von *Stumberg.*

Anna Francisca Gräffin von *Scherffenberg.*

...*aff* u *Herr von Schallenberg.*

...gdal... von ...rbach | Achaz *Ennenckhel.* | Ester *Vogtin* von Weirandt. | Ludvvig von *Kirchberg.* | Barbara von *Mainming.* | Otto von *Abensperg* und Traun. | Herzenand *Schifferin.* | Maximilian Herr v. *Pollheim.* | Judith von *Weisbriach.*

geb. | Albrecht *Ennenckhel* Freyherr zu Goldeckh. — Elisabeth ein geb. von *Kirchberg.* | Bernhard Herr von *Abensperg* und Traun. — Anna gebohrne Herrin von *Pollhaimb.*

Job Hardman *Ennenckhel* Freyherr zu Goldeckh. — Barbara gebohrne Herrin von *Abensperg* und Traun.

Judith Elisabeth gebohrne *Ennenckhlin* Freyin.

... *Reichs Graff und Herr von Schallenberg*
Kayl. Maj. Truchsäs 1668.

Google

Digitized by Google

XVII.

S.

GEORG SIGMUND FREYHERR VON STADL.

XVIII.

S.

GUIDOB. GRAFF VON STAHREMBERG.

Digitized by Google

Franz *Stadler* zu Stadl Ritter, der Röm. Kay. May. Obrister.	Susanna Dinasta Herrin von *Schätten-berg.*

Mathias von und zu *Ka-nach,* Freyherr.	Esther Dinasta von *Traut-manstorff*

Johann Bernhard *Lebl*, der Röm. Kay. May. Obrister.	Felicitas *Tenfflin* Freyin.

Adam Freyh. v. *Herberstain* der R. K. M. Camerh. u. Groß-Pottschaffter in Türckey.	Magdalena Catharina *Khuenin* von Pelassi Freyin.

Christoph *ler* Fr herr a Schwa berg.

Johann Andre Freyherr von und zu *Stadl*, der Röm. Kay. May. Cammerherr, und Obrister zu Pferd. — Jacobina Freyin von und zu *Kainach.*

Johann Christoph Freyherr *Lebel* auf Grienburg und Trestorff, der Röm. Kay. May. Camerher, Hoff-Kriegs-Rath, Obrister und Comendant zu Wienn. — Anna Maria Freyin von und zu *Herberstain.*

Johan *Galle* Herr berg

Ferdinand Freyherr von und zu *Stadl* der Röm. Kay. May. Hoff-Kriegs-Rath und Obrister, wie auch Ihro Fürstl. Durchl. Herrn Wolff Wilhelm Pfalz-Graff bey Rhein und Herzog in Bayrn CammerHerr. — Susanna Catharina Freyin *Leblin* gewesste Hoff-Dama bey den Kays. Hoff.

Jo S C

Johann Rudolph Freyherr von und zu *Stadl* der R. K. May. CammerHerr geheimer Rath und Obrister. —

Georg Sigmund Freyherr von und zu Stdl auf Freyberg und Ehrenb

Heinrich Herr von *Starhem-berg.*	Magdalena von *Lamberg* Herrin zu Saurstein.

Hanns Wilhelm Freyherr von *Rogendorff.*	Anna Graffin von *Widt.*

Sigmund Georg Freyherr von *Dietrich-stein.*	Anna Herrin von *Starhem-berg.*

Joel von *Frank-hing* Freyherr.	Sabina von *Tannberg.*

Herr Jacob Frey herr vo *Windis grätz.*

Reichard Herr von *Starhemberg.* — Juliana Freyin von *Rogendorff.*

Bartholome Freyherr von *Dietrichstein.* — Elisabeth Freyin von *Frankhing.*

Wilhe von

Gundacker Herr von *Starhemberg.* — Anna Sabina Freyin von *Dietrichstein.*

S

Bartholome Graff und Herr von *Starhemberg.* —

Guidowald Graff und Herr von Starhemberg de rer und Obrister zu Fues, &c. &c. *

* liceat nobis tribus Horatii (IV, Od. 4. 29.) verbis eff

Chriſtoph *Galler* Freyherr auf Schwamberg.	Apolonia von *Rauchenberg* auf Heinfelden.	Johann Friderich von *Herberſtein* Freyherr.	Urſula Graffin von *Thurn.*	Jacob *Preiner* Freyherr.	Renata von *Preiſſing.*	Johann Sigmund von *VVagensperg.*	Felicitas *Hofferin* von Tibein.

Johann Chriſtoph *Galler* Freyherr, Herr zu Schvvamberg und Länäch. — Eſther Freyin von und zu *Herberſtain.*

Max. Graff *Preiner* der Röm. Kay. May. Cammerherr und J. O. Cammer Preſident. — Anna Regina Graffin von *VVagensperg.*

Johann Chriſtian Graff *Galler* Herr zu Schvvamberg der Röm. Kay. May. Cammerherr Obriſter und J.O. Kriegs Preſident. — Thereſia Maria Gräffin *Preinerin.*

Maria Clara Gräffin *Gallerin.*

adl auf Rieckherſpurg, Liechtenegg. tohrenberg.

Herr Jacob Freyherr von *VVindisgräz.*	Frau Anna *VVeltzerin* von Spieglfeldt.	Chriſtoph Freyherr von *Collonitſch.*	Anna Freyin von *Herberſtein.*	Hanns Chriſtoph *Schrot* v. Kindberg Freyherr.	Frau Chriſtina *Reinvvaldin.*	Eraſamb Herr von *Schärffenberg.*	Frau Eliſabeth von *VVolffenreith.*

Wilhelm Freyherr von *VVindisgräz.* — Barbara Freyin von *Collonitſch.*

Hanns Adam *Schrot* von Kindberg Freyherr. — Sidonia Herrin von *Scherffenberg.*

Seyfrid Adam Freyherr von *VVindisgräz.* — Chriſtina *Schrottin* von Kindberg Freyin

Eſter Gräffin von *VVindisgräz.*

mberg der Röm. Kay. May. Camme-

erbis effari: Fortes creantur Fortibus - - -

Digitized by Google

XIX.

S.

ERASMUS GRAFF VON STARHEMBERG.

XX.

S.

CHRISTIAN HERR VON STUBENBERG.

Reinhard Herr von *Starhemberg.*	Juliana Freyin von *Chogendorff.*	Bartholome Freyherr von *Dietrichstain.*	Elisabetha von *Franckhing* Freyherrin.	Wilhelm von *Windischgratz.* Freyherr.	Barbara von *Kollnitsch.*	Hanns Adam von *Kindberg* Freyherr.	Sidonia Herrin von *Scherffenberg.*

Gundacker Graff und Herr von *Starhemberg.* — Anna Sabina Freyin von *Dietrichstain.*

Seyfrid Adam von *Windisgrätz* Freyherr. — Christina *Schrottin* von Kindberg Freyin.

Bartholome Graff und Herr von *Starhemberg.* — Esther gebohrne Gräffin von *Windischgrätz.*

Gundacker Graff und Herr von *Starhemberg.*

Erasmus Graff von St

Hanns Herr von *Stubenberg.*	Wenigna von *Scherffenberg.*	Conrad Freyherr von *Donhausen.*	Dorothea geb. von *Teiffenbach.*	Georg *Scheidt* von Zelleris.	Frau Esther von *Rothmanstorff.*	Herr Hanns von *Stadl.*	Barbara von *Kinigsperg.*

Georg Hardmann Herr von *Stubenberg.* — Dorothea Freyin von *Donhausen.*

Policarpus von *Scheidt* Freyherr. — Anna Maria Freyin von *Stadl.*

Wolff Herr von *Stubenberg.* — Anna Crescentia von *Scheidtin*, Freyin.

Franz Herr von *Stubenberg.*

Christian Herr von Stube

Christoph Herr von Rappach. | Anna Freyin von Harrach. | Paris Freyherr von Sundersdorff. | Maria Praunin von Pülehag. | Jacob Andre Freyherr von Prandis | Sibilla Barbara Hendlin. | Hanns Christoph Urschenbeck Freyherr. | Helena Potentiana von Lamberg.

Christoph Herr von Rappach. — Sophia Freyin von Sunderstorff. | Andre Wilhelm Graff und Herr von Prandis. — Eva Maria Freyin von Urschenbeck.

Carl Ferdinand Herr von Rappach. — Maria Theresia Gräffin von Prandis.

Maria Anna Gräffin und Frau von Rappach.

...n Starhemberg.

Michael von Ringsmaul. | Elisabetha von Eggenberg. | Sigmund Friderich Freyherr von Herberstein. | Magdalena Frau von Welz. | Hanns Wilhelm Freyherr von Rothal. | Anna Maria von Apfalthern. | Hanns Freyherr von Heissenstein. | Anna Freyin von Welz.

Rueprecht von Ringsmaul Freyherr. — Salome Freyin von Herberstain. | Hanns Georg Freyherr von Rothal. — Anna Leonora Freyin von Heissenstein.

Wolff Ruprecht Graff von Ringsmaul. — Anna Mariana Freyin von Rothal.

Maria Catharina Gräffin von Ringsmaul.

...ubenberg & Kapfenberg.

XXI.

T.

JOH. FRID. HERR VON TSCHERNEMBL.

XXII.

T.

JOHANN HERR VON TSCHERNEMBL.

Digitized by Google

Hanns Herr von *Tscher-nembl* Erb-Schenck in Crain u.d. Windischen Marck.	Elisabeth Frau von Tschernembl gebohrne *Raube-rin* Frey-in.	Chri-stoph Herr von *Scherffen-berg.*	Radi-gund gebohr-ne Her-rin von *Arbergch.*	Barthel-me Herr von *Sta-renberg.*	Magdale-na Frau von Sta-renberg gebohr. Herrin von *Lo-senstein.*	Georg Graff zu *Schaum-burg.*	Genove-va ge-bohrne Graffin von *Arch.*

Christoph Herr von *Tschernembl* auf Tschernembl, Hopf-fenbach, Eggenstain und Windeck Erb-Schenck in Crain u. der Windischen Marck.	Margaratha Frau von Tschernembl gebohrne Herrin von *Scherffenberg.*	Erasmus Herr von *Starenberg* auf Wilperg, Schön-pichl, Pirenstain.	Anna Frau von Sta-renberg gebohrne Graffin von *Schaum-burg.*

Hans Herr von *Tschernembl* auf Win-deck und Schvversperg, Erb-Schenck in Crain und der Windischen Marck.	Barbara Frau von Tschernembl ge-bohrne Herrin von *Starenberg.*

Johann Georg Herr von *Tschernembl* auf Windeck und Schvversperg Erb-Schenck in Crain und der Windischen Marck.

Johann Friderich Herr v

Hanns Panier Herr von *Tscher-nembl.*	Elisabe-tha *Raü-berin.*	Chri-stoph Herr von *Scherffen-berg.*	Radi-gund Herrin von *Arberg.*	Hans Herr von *Schönkir-chen.*	Hedvvig Herrin von *Zinzen-dorff.*	Wilhelm Herr von *Rogen-dorff.*	Anna Herrin von *Hohen-berg.*

Christoph Panier Herr von *Tscher-nembl.*	Margaretha Herrin von *Scherffenberg.*	Ludvvig Herr von *Schönkirchen.*	Barbara Herrin von *Rogendorff.*

Hanns Panier Herr von *Tschernembl.*	Potentia Herrin von *Schonkirchen.*

Reichardt Panier Herr von *Tschernembl.*

Johann Panier Herr v

Digitized by Google

Caspar von *Rolshausen.*	N. gebohrne von Rauvvin.	N. von *Eringshausen.*	N. gebohrne von *Rupplaben.*	N. von *Haan.*	N. gebohrne von *Stockhausen.*	N. von *Haüssen.*	N. gebohrne von *Meichle.*

Friderich von *Rolshausen.* — N. Frau Rolshausin gebohrne von *Eringshausen.*

N. von *Haan.* — N. Frau von Haan gebohrne von *Hoessen.*

Johann von *Rolshausen.* — N. Frau von Rolshausen gebohrne von *Haan.*

Christina Maria Frau von Tschernembl gebohrne von *Rolshausen.*

rr von Tschernembl.

Heinrich Graf zu *Hardegg.*	Elisabetha Herrin von *Rosenberg.*	Bernhard Graff zu *Eberstein.*	Cunigunda Gräffin zu *Sonnenberg.*	Anthoni Graf von *Thurn.*	Ursula Herrin von *Oedling.*	Wolff *Intersteer.*	Ursula von *Hohenfeld.*

Julius Graff zu *Hardegg.* — Gertraudt Graffin zu *Eberstein.*

Wolff Graff von *Thurn.* — Rosina *Intersteerin.*

Ferdinand Graff zu *Hardegg.* — Anna Maria Graffin von *Thurn.*

Anna Susanna Graffin zu *Hardegg.*



Herr von Tschernembl.


Digitized by Google









XXIII.

W.

VICTOR GRAFF VON WELSS.

XXIV.

W.

JACOB FREYHERR VON WOLCKENSTEIN.

Digitized by Google

Moriz Herr von *Welfs.* | Maria *Tenzlin* von Trazberg.

Chriſtoph *Kövenhiller*, Freyh. zu Himmelberg. | Eliſabetha von *Mannsdorff.*

Sigmund *Kovenhiller*, Freyherr zu Himmelberg. | Catharina von *Gleiniz.*

Chriſtoph *Turſs.* | Magdalena von *Rohlingen.*

Victor Herr von *Welfs.* — Eliſab. *Kovenhillerin.*

Georg *Kovenhiller.* — Anna *Turſin.*

Moriz Herr von *Welfs.* — Maria *Kövenhillerin.*

Chriſtoph Herr von *Welfs.*

Victor Graff und Herr von *W*

Veith Freyherr zu *Wolckhenſtein* und Roddnegg. — Suſanna Freyin zu *Welſperg.*

Ulrich Freyherr zu *Spaur.* — Catharina gebohrne Freyin zu *Madruz.*

Chriſtoph Freyherr zu *Wolckhenſtein* und Roddnegg. — Urſula Freyin zu *Spaur.*

Chriſtoph Freyherr zu *Wolckhenſtein* und Roddnegg.

Jacob Freyherr zu Wlckhen

Christoph *Praun-Falkh.*	Barbara von *Mosheim.*	Peter *Gäller* uff Schwamberg.	Sophia *Pfauenauerin.*	Achaz *Schrott.* Freyherr zu Ober-Kinberg.	Catharina von *Weispriach.*	Hanns *Rheinwoldt.*	Regina *Hagerin.*

Christoph *Praun-Falck.* — Wandula *Gällerin.*

Hanns Christoph *Schrott.* — Christina *Rheinwoldtin.*

Peter Christoph *Praunfalckh* Freyherr zu Neuhaus. — Helena *Schrottin*, Freyin.

Judith *Praunfalkhin*, Freyin.

Welsi, Freyherr zu Eberstain.

Hans Gaudenz Freyherr zu *Madruz.* — Eufenzia Freyin zu Madrutz geb. von *Sporenberg.*

Wolff Dietrich Graff zu *Hochen-Embs.* — Clara Gräffin zu HochenEmbs geb. von *Medicis.*

Fortunat Freyherr zu *Madruz.* — Margaretha Gräffin zu *HochenEmbs.*

Ursula Freyin zu Wolckhenstein und Roddnegg gebohrne Freyin zu *Madrutz.*

lckhenstein und Roddnegg.

Digitized by Google



Digitized by Google



SELECTA PRIVILEGIA PONTIFICUM, AC IMPERATORUM ROMANORUM, EQUESTRI ORDINI TEUTONICO CONCESSA.

I.

Honorij III. Papæ Diploma, quo Ordinem Teutonicum seu Hospitalis S. MARIÆ Hierosolymitanæ in suam ac sanctæ sedis Apostolicæ protectionem suscipit.

HONORIUS Episcopus servus servorum Dei, dilectis Filijs HERMANNO Magistro Religiosæ Fraternitatis Hospitalis sanctæ MARIÆ Teutonicorum Hierosolimitani ejusque Fratribus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Etsi neque qui plantat, neque qui rigat sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus, humana tamen diligentia impensioris curæ solicitudinem debet impendere circa plantas quæ adhuc novellæ, fructus uberes offerunt, & ubetiores suo tempore repromittunt, cum igitur vestræ Religionis novella plantatio flores & fructus odoris & honestatis tempestiva fœcunditate produxerit, & Deo incrementum dante, sic inceperit expandere Ramos suos, ut uberrimam fructuum copiam promittere videatur; nos, qui custodes in Dominica vinea positi, & cultores, circa virtutum plantaria, debemus diligentioris culturæ ac curæ studium adhibere, novellam plantationem vestram Rore Apostolicæ gratiæ irrigare proponimus & fœcunditatem bonorum operum qua viget ad præsens, & vigebit, Divina favente Gratiâ, in futurum, vigilantis curæ impendio adjuvare: Ea propter dilecti in Domino Filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Domum vestram, seu Hospitale, in quo estis ad Dei laudem & gloriam; atque defensionem suorum fidelium, & liberandam Christi Ecclesiam congregati, cum omnibus possessionibus & bonis suis, quæ in præsentiarum legitime habere cognoscitur, aut in futurum, concessione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri & nostrâ Protectione suscipimus, Anno 1220.

mus, & præsentis scripti Privilegio communimus, statuentes, ut perpetuis futurisque temporibus, sub Apostolicæ Sedis Tutela & defensione consistant.

Statuimus etiam, ut Ordo Fratrum Hospitalis Hierosolimit. circa pauperes & infirmos, Ordo vero fratrum militiæ templi circa Clericos & milites, ac alios fratres juxta institutionem domus vestræ, perpetuis ibidem temporibus observetur; adhæc statuimus, ut cura pro tuenda Catholica Ecclesia, & ea quæ est sub Paganorum Tyrannide, de ipsorum spurcitia eruenda intrepide laboretis, liceat vobis libere in usus vestros convertere ea quæ de spolijs ipsorum ceperitis Paganorum, & ne de his contra velle vestrum, portionem alicui dare cogamini, prohibemus: præsenti quoque Decreto sancimus, ut fratres in domo vestra Deo servientes caste & sine proprio vivant, & professionem suam dictis & moribus comprobantes, magistro suo, aut quibus ipse preceperit subjecti & obedientes existant: Præterea, quemadmodum domus ipsa, vestræ sanctæ institutionis & ordinis Fons & origo esse promeruit ita omnium locorum ad eam pertinentium caput & magistra in perpetuum habeatur; ad hæc adjicientes præcipimus, ut obeunte te in Domino, fili Hermanne, domus jam dictæ Magister, vel tuorum quolibet successorum nullis ejusdem domus Fratribus præponatur nisi militaris & Religiosa persona quæ vestram Religionem & habitum sit professa nec ab alijs nisi ab omnibus fratribus in simul, vel à majori & saniori eorum parte, qui proponendus fuerit, eligatur: Porrò nulli Ecclesiasticæ sæcularive Personæ infringere vel minuere liceat consuetudines ad vestræ Religionis & officij observantiam à Magistro & fratribus salubriter institutas, easdem quoque consuetudines à vobis aliquanto tempore observatas & scripto firmatas, nisi ab eo qui magister extiterit, consentiente tamen saniori parte Capituli, liceat immutare.

Prohibemus insuper & omnimodis interdicimus ne ulla Ecclesiastica sæcularisve persona à Magistro & fratribus ejusdem domus exigere audeat fidelitates, hominia, juramenta seu securitates reliquas quæ à sæcularibus frequentantur: Fratribus quoque vestris post factam in domo vestra professionem, & semel assumptam crucem, habitum vestræ professionis abjicere, vel alium locum majoris sive minoris Religionis obtentu, invitis sive inconsultis fratribus, aut eo qui magister extiterit transmigrare, nullique Ecclesiasticæ sæcularive personæ ipsos suscipere liceat, vel tenere.

Sanè laborum vestrorum, quos proprijs manibus aut sumptibus colitis, de possessionibus habitis ante Concilium Generale, seu de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat; adhæc decimas, quas consilio & assensu Episcoporum, de manu Clericorum vel Laicorum habere poteritis, quasve consentientibus Episcopis & eorum Clericis acquiretis, auctoritate vobis Apostolica confirmamus: Ut autem vobis ad Curam Animarum vestrarum, & salutis plenitudinem nihil desit, atque Sacramenta Ecclesiastica & divina officia nostro sacro Collegio commodius valeant exhiberi, sancimus ut liceat vobis honestos Clericos & sacerdotes secundum Deum, quantum ad vestram scientiam ordinatos, undecumque ad vos venientes suscipere, & tam in principali domo vestra, quam etiam in obedientijs & locis sibi subditis vobiscum habere, dummodo eos à proprijs Episcopis expetatis, iidemque nulli professioni vel ordini obnoxij teneantur; Quod si Episcopi eos vobis concedere forte noluerint, nihilominus tamen eosdem suscipiendi vel retinendi, auctoritate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Licentiam habeatis: si verò aliqui horum, post factam professionem, turbatores vestræ Religionis aut domûs fuerint fortassis inventi, liceat vobis eos cum saniori parte capituli amovere, ipsisque transeundi ad alium ordinem, ubi secundum Deum vivere velint, & valeant, dare licentiam; & loco ipsorum alios idoneos surrogare qui etiam unius anni spatio in vestra societate probentur, eo que pacto, si eorum exegerint mores, & utiles fuerint ad servitium domus vestræ inventi, tunc demum professionem faciant regularem, promittentes se regulariter vivere, ac magistro proprio obedire: ita tamen quod eundem vobiscum victum habeant, & vestitum, nec non lectisternia; hoc excepto, quod clausa vestimenta portabunt; sed nec ipsis liceat de capitulo vel Cura domus vestræ se temere intro mittere, nisi quantum fuerit eis à Vobis injunctum; præterea nulli personæ

sonæ extra vestrum capitulum sint subjecti. Tibique dilecte in Domino Fili Magister, tuis que successoribus tamquam Magistro ac Prælato suo, defetant secundum vestri ordinis instituta: Consecrationes verò altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, & Cætera Ecclesiastica Sacramenta à Diocesanis suscipictis Episcopis, siquidem Catholici fuerint, & gratiam atque Communionem sedis Apostolicæ habuerint, & ea gratis & absque pravitate aliqua vobis voluerint exhibere: alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis, adire Antistitem, qui nostra fultus authoritate, quod postulatur impendat: si quæ verò loca deserta fuerint eidem venerabili domui ab aliquo pia devotione collata, Liceat vobis ibidem ædificare villas, Ecclesias, & cæmiteria ad opus hominum ibidem manentium fabricare: ita tamen, ut in illa vicinia, Abbatia vel Religiosorum virorum Collegium non existat quæ ob hoc veleat perturbari: Cum autem terræ cultæ vobis quilibet justo titulo conferentur Facultatem & Licentiam habeatis ibidem ad opus transeuntium, & eorum tantum qui de mensa vestra fuerint, construendi oratoria, & cæmiteria faciendi; est enim indecens & periculo proximum animarum, Religiosos fratres occasione adeundæ Ecclesiæ se Virorum turbis, & mulierum frequentiæ immiscere: sane quicumque in vestro Collegio suscipientur, stabilitatem loci, conversionem morum, seque militaturos Domino, diebus vitæ suæ, sub obedientia magistri vestri, posito scripto super altare, in quo contineantur ista, promittant.

Decernimus ergo, ut receptores vestrarum Fraternitatum sive collectarum, salvo jure Dominorum suorum, in beati Petri & nostra protectione consistant, & pace in terris quibus fuerint, potiantur: Simili quoque modo sancimus, ut iis qui fuerint in vestra fraternitate recepti ita quod ordini vestro, adhuc manentes in sæculo, sint oblati, mutato habitu sæculari, vel vobis inter vivos dederint bona sua retento sibi quamdiu in sæculo vixerint usufructu: si forsam Ecclesiæ, ad quas pertinent, à Divino fuerint officio interdictæ ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, apud vestras vel aliorum non interdictas Ecclesias, quibus elegerint sepeliri: nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti; Tales quoque confratres si eos Ecclesiarum Prælati non permiserint apud suas Ecclesias sepeliri, apud vestras deferre potiris Ecclesias tumulandos: præterea si quis fratrum vestrorum ad recipiendum easdem fraternitates vel collectas à vobis missi fuerint in quamlibet civitatem, castrum, vel villam, in eadem civitate, castro, vel villa, una tantum Ecclesia ipsius ordinis fratribus in eorum jocundo adventu semel aperiantur in anno, ut exclusis excommunicatis, & nominatim interdictis, divina ibidem officia celebrentur: Statuimus etiam, ut nulli Episcopo in Ecclesiis vobis utroque jure subjectis, interdicti vel excommunicationis sententiam liceat promulgare: verumtamen si generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, exclusis excommunicatis & nominatim interdictis, clausis januis, absque signorum pulsatione, plene divina officia celebretis: Decernimus insuper auctoritate Apostolica ut apud quemcunque locorum vos venire contigerit ab honestis atque Catholicis sacerdotibus, postremam unctionem seu quælibet alia Ecclesiastica sacramenta vobis suscipere liceat, ne forte ad perceptionem spiritualium bonorum aliquid vobis desit: Quia verò omnes unum sumus in Christo, & non est personarum differentia apud Deum, tam remissionis peccatorum quam alterius beneficentiæ atque Apostolicæ Benedictionis, quæ vobis indulta est, tam familiam vestram, quam vestros participes esse volumus servientes.

Nulli ergo omnino hominum liceat prædictum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris atque aliorum Dei Fidelium usibus omnimodis profutura salva in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate: Si quis igitur hujus nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reumque se divino Judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri JESU Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni: conservantes autem hæc Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus benedictionem & gratiam consequantur, Amen, Amen, Amen.

 Ego

Ego HONORIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Subscrip.
Ego GUIDO Prænestinus Episcopus. Subscrip.
Ego HUGO Ostiensis & Veletrensf. Episcopus. Subs.
Ego Frater NICOLAUS Tusculanus Episcopus. Subs.
Ego LEO Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. subs.
Ego GUALIA S. Martini Presb. Cardinalis Tit. Equitii. Subsc.
Ego GREGORIUS Tit. sanctæ Anastasiæ Presb. Card. subsc.
Ego THOMAS. Tit. S. Sabinæ Presb. Cardinal. subsc.
Ego GUIDO S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinalis. Subsc.
Ego OTTO S.S. Sergij & Bachi Diacon. Cardinalis. Subsc.
Ego GREGORIUS S. Theodori Diacon. Cardinal. subsc.
Ego RAINERUS S. Mariæ in Cosmedin Diacon. Cardin. subsc.
Ego STEPHANUS S. Adriani Diacon. Cardin. subsc.
Ego PETRUS S. Georgij ad Velum aureum Diac. Cardin. subscripsi.

Datum LATERANI per manum WILHELMI S. R. E. Vice-Cancellarij XVIII. Kal. Januarij. Indict. IX. Incarnationis Dominicæ. Anno M CCXX. Pontificatus Domini HONORII Papæ Tertij Anno V.

II.

Ejusdem Honorij III. Pontificis præceptum alterum, quo vetat ne milites Ordinis Teutonici à quoquam Episcoporum seu Prælatorum indebite molestentur.

Anno 1220. HONORIUS Episcopus servus servorum DEI. Venerabilibus Fratribus Archi-Episcopis, & Episcopis, & Dilectis Filijs Abbatibus, Prioribus, Archi-Diaconis, Decanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis ad quos litteræ istæ pervenerint salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum dilectis Filijs, Fratribus Hospitalis S. MARIÆ Teutonicorum Jerosolymit. duxerimus indulgendum, ut semel in anno recipiantur in Ecclesijs ad Elemosynas colligendas, quidam vestrum avaritiæ ardore succensi, confratrias suas confratrijs illorum eadem die in ipsorum adventu proponunt, & sic fratres ipsi confusi, aut nihil exinde, aut modicum consequuntur: Quia igitur hoc indecens est, in contemptum Dei & Ecclesiæ Romanæ redundat, Universitati vestræ per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus cum Fratres ipsi ad loca vestra pro Eleemosinis accesserint, colligendis, benigne recipientes eosdem & honeste tractantes ipsos, in Ecclesijs vestris ammonere populum & Eleemosynas libere quærere permittatis, confratrias vestras, quas facere potestis quotidie, ipsorum confratrijs quæ semel in anno fiunt nullatenus præponentes, ne occasione illarum, Eleemosinæ Christi pauperum depereant, & impediantur opera pietatis.

Statuimus etiam, ut nemo excommunicet Fratres ipsos, vel eorum Oratoria interdicat sine Mandato Sedis Apostolicæ speciali, præsentium vobis auctoritate mandantes, ut ipsos excommunicare, aut eorum Ecclesias interdicere nullatenus præsumatis; de parrochianis autem vestris qui domus illorum invadunt per violentiam vel infringunt, aut indebitis molestijs opprimunt fratres ipsos & tam deposita; quam res diripiunt eorundem, cum exinde Querimoniam deposuerint coram vobis tam districtam eis justitiam faciatis, & ita jura eorum defendere & manutenere curetis, quod ipsi ad nos defectu justitiæ sæpe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem & obedientiam vestram debeamus merito commendare, vosque beneficiorum quæ in sancta domo eorum fiunt, participes existatis: præterea liberas & absolutas personas, qui se domui eorum in sanitate vel infirmitate reddiderunt, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc reinpteris aliquatenus impedire: Illud autem non mediocriter movet nos, nec modicum Ecclesiasticæ derogat honestati, quod quidam vestrum contra institutionem sanctorum Patrum in Turonensi Concilio editam

tam, fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt siue prætio sepelire: Unde quia tam prava exactio & iniqua, non est aliquatinus tolleranda in obedientiæ vobis virtute præcipimus, ut nullo modo à Fratribus ipsis, vel alijs, pro sepultura quicquam exigere vel accipere, nisi quod spontanea decedentium liberalitas vel parentum Devotio vobis contulerit, attemptetis, sed absque ullo prætio sepeliatis corpora mortuorum, & si quis hoc ulterius attemptaverit, taliter animadvertatis in eum quod amplius similia non præsumat: adhæc præsentium vobis auctoritate præcipimus ne ab eis contra ea quæ fratribus ipsis indulsimus de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus decimas exigere præsumatis: cum autem Oratoria vel Cœmiteria secundum quod eis concessimus duxerint construenda, vos fratres Archi-Episcopi & Episcopi eis pro se & familia sua tantum, Oratoria dedicare ac Cœmiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum, contra concessionem nostram id impedire audeat aliquatenus vel turbare.

De cætero fratres Hospitalis S. Mariæ Teutonicorum in vestris Episcopatibus constitutos, qui crucem ac suum habitum deponentes, per illecebras sæculi, & vitiorum abrupta vagantur, & illos etiam qui prioribus suis contumaces & Rebelles existunt, & Ballivas detinent contra voluntates eorum, moneatis instanter, & pro vestri officii debito compellatis ut habitum depositum resumentes in obedientia Prælatorum suorum, devote ac humiliter perseverent & Ballivas, sive alia officia per violentiam detinere nullo modo præsumant: Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad condignam satisfactionem inviolabiliter observari: Præterea, quicumque de Facultatibus sibi collatis à Deo, fratribus subvenerit sæpedictis, & eorum sancta Fraternitate statuerit se collegam, eisque beneficia persolverit annuatim, ei de beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi septimam partem injunctæ pœnitentiæ relaxamus: Apostolica quoque auctoritate ob reverentiam ipsius Venerabilis Domus statuimus, ut iis qui eorum Fraternitatem assumpserint si forsan Ecclesiæ, ad quas pertinent, à Divinis fuerint officiis interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti; hoc etiam addito ut Receptores Fraternitatis ejusdem, seu etiam collectarum, salvo jure Dominorum suorum sub beati Petri & nostra protectione consistant; adjicimus insuper ut si qui eorundem fratrum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet civitatem, castellum, vel vicum advenerint, si forte locus ipse à Divinis fuerit officiis interdictus, in eorum jocundo adventu semel aperiantur Ecclesiæ annuatim & excommunicatis ejectis, divina ibi officia celebrentur, salva, in omnibus supradictis, declaratione Concilii Generalis; ad majorem quoque vestræ mercedis cumulum nihilominus vobis mandando præcipimus quatinus hanc nostram constitutionem per parrochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis; Mandamus etiam, ut si qui de Clericis Ecclesiarum vestrarum præfati Hospitalis Teutonicorum Fratribus, cum licentia Prælati sui sponte ac gratis per annum vel biennium decreverint deservire, nequaquam impediantur, & interim sua beneficia & Ecclesiasticos Redditus non amittant.

Dat. LATERANI XVII. Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno V.

III.

Ejusdem Honorij III. Pont. Diploma tertium quo ordinat ut in populo Christiano collectæ fiant ad sustentationem Militiæ Ordinis Teutonici.

HONORIUS Episcopus, servus servorum Dei; Venerabilibus Fratribus Archi-Episcopis & Episcopis, & dilectis Filijs Abbatibus, Prioribus, Archi-Diaconis, Decanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis ad quos litteræ istæ pervenerint salutem & Apostolicam Benedictionem. Anno 1220

Milites Hospitalis sanctæ MARIÆ Teutonicorum Hierosolym. novi sub tempore gratiæ Machabæi, abnegantes sæcularia desideria, & propria relinquentes, tollentes crucem suam, Dominum sunt secuti: ipsi sunt per quos Deus orientalem Ecclesiam à paganorum spurcitiis liberat, & Christiani nominis inimicos expugnat: Ipsi pro fratribus animas ponere non reformidant, & peregrinos ad sancta loca proficiscentes tam in eundo quam in redeundo defensant ab incursibus paganorum; & quoniam ad tam sanctum & pium opus explendum eis propriæ non suppetant Facultates Universitatem vestram præsentibus litteris exhortamur quatinus populum vobis à Deo commissum collectas facere commoneatis, ex quibus eorum inopia suppleatur: Quicumque verò de Facultatibus sibi à Deo collatis ipsis subvenerit, & in eorum sancta Fraternitate statuerit se collegam eisque beneficia persolverit annuatim, septimam ei partem injunctæ pœnitentiæ, confisi de beatorum Apostolorum Petri & Pauli meritis, indulgemus: Qui etiam cum eum mori contigerit, si tamen nec excommunicatus, nec nominatim interdictus fuerit, aut publicè usurarius, sepultura Ecclesiastica ei nun negetur: cum autem fratres ipsius Hospitalis Teutonicorum, qui ad collectam suscipiendam destinati fuerint, in civitatem, Castellum, vel vicum advenerint, si forte locus ille interdictus sit, in eorum jocundo adventu, pro ipsius Hospitalis honore & eorundem militum reverentia, semel in anno aperiantur Ecclesiæ, & excommunicatis exclusis divina officia celebrentur. Salva in omnibus moderatione Concilii Generalis: præterea fraternitati vestræ, rogando mandamus quatinus personas & bona eorum pro reverentia beati Petri & nostra manuteneatis, nullam eis irrogare læsionem vel injuriam permittatis.

Datum LATERANI XXII. Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno V.

IV.

Ejusdem Honorii III. Pontificis Diploma quartum, quo milites Teutonicos fructibus Ecclesiarum quæ ad illorum denominationem pertinent libere & absque ulla contradictione frui vult.

Anno 1220. HONORIUS Episcopus servus servorum DEI. Venerabilibus Fratribus Archi-Episcopis, Episcopis, & dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus Archidiaconis, Decanis, & aliis Ecclesiarum Prælatis ad quos litteræ istæ pervenerint salutem & Apostolicam Benedictionem. Quanto dilecti Filij Magister & Fratres domus Hospitalis S. MARIÆ Teutonicorum Hierosolymit. ferventius pro Christianitatis commodo jugiter elaborant, nec ponere pro fratribus animas reformidant, tanto ipsis in suis manutenendis justitiis diligentius adesse nos convenit, & eorum incommoditatibus paterna sollicitudine providere, ne si fuerimus, quod absit, in eorum manutenenda justitia negligentes, à Sarracenorum impugnatione, qui Christanum nomen insufflant, & fideliũ effundere sanguinem insolentia convalescat: cum autem prænominatis Fratribus misericorditer duxerimus indulgendum ut fructus Ecclesiarum quæ ad illorum denominationem pertinent, assignato Vicariis unde congrue valeant sustentari, & diocœsano Episcopo, ejusque officialibus de suis possint justitiis responderi, debeant in subventionem Hierosolymitanæ terræ convertere; quidam Episcopi, Archi-Diaconi & Decani ad quos illarum Ecclesiarum Investitura pertinet, Clericos, quos quidam Fratres idoneos repræsentant, recipere pro sua voluntate contemnunt, nisi easdem Ecclesias Clericis qui de illorum mensa fuerunt, seu aliis, licet minus existant idonei, largiantur: si vero ijdem Fratres, easdem Ecclesias, prout desiderant, non assignant ut libere possint Redditus earum percipere, illos per longa tempora faciunt à divinarum celebratione cessare, ut sic Fratres ipsi, voluntates ipsorum exequi compellantur. Nos igitur tantæ prædictorum Fratrum incommoditati prospicere cupientes ne tantam jacturam malitiose cogantur de cœtero sustinere, universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatinus Clericos idoneos, quos ijdem Fratres ad Ecclesias suas vobis duxerint præsentandos ammodo benignius admittatis, alioquin noveritis,

veritis, quod ipsis auctoritate Apostolica liberam Indulsimus Facultatem, ut fructus earundem Ecclesiarum, donec prædicta occasione vacaverint in subventionem Jherosolymitanæ terræ convertere, & illos valeant libere detinere: præterea quia qui iam vestrum Fratres ipsorum & eorum Clericos contra Privilegium Sedis Apostolicæ ipsis indultum, sicut dicitur, interdicere & excommunicare præsumant, districtius inhibemus ne ipsos Fratres vel eorum Clericos de cætero temere interdicere & excommunicare aliquatenus attemptetis. Quod si ammodo; quod non credimus, fuerit attemptatum eandem volumus sententiam non tenere.

Datum LATERANI XV. Kal. Februarij Pontificatus nostri Anno V.

V.

Ejusdem Honorij III. Pontificis præceptum adversus eos, qui per insignem imposturam milites Ordinis Teutonici habitu mentiuntur.

HONORIUS Episcopus servus servorum DEI. Venerabilibus Fratribus Archi-Episcopis, Episcopis &c. Decet Pastoralis sollicitudinem Dignitatis, pravas & enormes iniquitates evellere, & vitia quæ periculum pariunt animarum radicitus amputare, detestandum siquidem facinus & plurimum abhorrendum per diversas mundi partes accepimus pullulare, quod quidam avaritiæ amore cæcati potius quam Zelo Religionis accensi, Nigras Cruces quas Fratres Hospitalis sanctæ MARIÆ Teutonicorum Jherosolymit. deferunt, sibi imponere & eas minime portare verentur, ut sic possint sub tali velamento Elemosynas pauperibus deputatas Colligere, & sibi animarum perniciem generare: Quo circa universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus eos qui Crucem nigram portandam assumunt, aut signum quod dictorum Fratrum Homines deferunt, & oblati non sunt de Professione ac Collegio ipsorum Fratrum, omni cum districtu compellere studearis, ut à tanta stultitia & errore desistant, & Crucem aut dictum signum nulla Ratione ulterius deferre præsumant: si quis vero à vobis commonitus, à sua noluerit Temeritate cessare, in eum Ecclesiasticæ animadversionis gladium auctoritate nostra, omni occasione & appellatione postpositis, exeraris. Anno 1221.

Datum LATERANI XII. Kal. Febr. Pontificatus nostri Anno VI.

VI.

Ejusdem Honorij III. Pontificis Indultum pro administratione Sacramenti Baptismatis.

HONORIUS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filijs Magistro & Fratribus Hospitalis S. MARIÆ Theutonicorum Jherosolymit. salutem & Apostolicam Benedictionem. Etsi universorum justas preces admittere debeamus, eos tamen volumus & debemus facilius exaudire, qui sub Religionis observantia, Caritatis sunt & Hospitalitatis Obsequio deputati: cum igitur Pueros, qui ad januam vestram alendi sæpius deportantur, vel in vestra domo nascuntur, contingat pluries sine Sacramento Baptismatis decedere: nos vestris justis postulationibus inclinati ac tantæ incommoditati misericorditer providere volentes præsentium vobis auctoritate concedimus, ut liceat vobis pueros, qui ad Januas domus vestræ projiciuntur alendi, seu ibidem nascuntur, causa necessitatis, sine alicujus præjudicio, in pelvi vel alio Vase modico Baptizare. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Anno 1221.

Datum LATERANI Non. Februarij Pontificatus nostri Anno VI.

VII.

Alexandri IV. Pontific. max. præceptum quo militibus Ordinis Teutonici Professis ad sæculum revertendi Facultatem adimit.

Anno 1257. ALEXANDER Episcopus servus servorum DEI. Dilectis Filijs Præceptoribus & Fratribus universis Hospitalis S. MARIÆ Theutonicorum præsentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam Benedictionem.

Pro consequenda Gloria Celestis Patriæ quæ Fidelibus Universis vacantibus Innocentis vitæ studio à divina provenit pietate, nos toto Cordis affectu ad hoc semper intendimus ut Animarum salutem in omnibus & per omnia procuremus: sane nonnulli ex Fratribus vestri ordinis in terra sancta, & Livoniæ, ac Prusciæ Partibus, pro defensione Catholicæ Fidei, manibus Infidelium, prout accepimus, crudeliter sunt occisi unde fit quod idem Ordo plurimum indigere dinoscitur, ut de novellis Fratribus instauretur, & per consequens in obsequio Crucifixi sit eo Robustior, quo plures habuerit ad Pugnam idoneos, & ad Triumphale Bravium expeditos; pro tanta siquidem necessitatis ac utilitatis evidentia, & obtentu etiam dilecti Filii Magistri JOANNIS de CAPUA, Notarij nostri, qui devotis frequenter implorat precibus ut ordinem ipsum, Apostolicæ Benignitatis gratia Jugiter perfundamus, universitati vestræ, auctoritate præsentium de speciali Gratia indulgemus, ut Clericos seu Laicos Liberos & absolutos, qui relicta vanitate sæculi vestro sacro Collegio desiderant aggregari, & propter devotionis suæ Fervorem petunt Humiliter ac instantet à vobis statim recipi & sine dilatione vestrum Habitum sibi dari libere prout in eodem ordine vestro fuit hactenus observatum in Fratres recipere valeatis.

Statuimus etiam quod illi qui post factam in ordine ipso Professionem assumserunt vestræ Religionis habitum vel assumpserint in futurum, reverren di ad sæculum prætextu alicujus constitutionis contrariæ nullam habeant Facultatem; nec ipsorum alicui licitum sit post factam professionem & semel assumptam Crucem habitum vestræ professionis abjicere, vel ad alium locum majoris, seu minoris Religionis obtentu invitis sive inconsultis Fratribus, aut eo qui Magister exstiterit, transmigrare, nullique Ecclesiasticæ sæcularive personæ ipsos suscipere liceat vel tenere: si vero, quod absit, aliquis fratrum ipsorum contra hujusmodi Constitutionem nostram ad sæculum redire præsumpserit, vestro habitu derelicto, volumus quod in eum per Fratres Presbyteros sæpedicti ordinis vestri, Excommunicationis sententia proferatur, nullatenus relaxanda, donec ad ordinem ipsum humiliter redeat, & restitutionem ipsius Habitus, salva disciplina Ordinis, mereatur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire &c.

Datum Viterbij V. Kal. Augusti: Pontificatus nostri Anno III.

VIII.

Ejusdem Alexandri IV. Pontific. Indultum quo milites Teutonici habiles declarantur ad succedendum in bonis suorum propinquorum.

Anno 1258. ALEXANDER Episcopus servus servorum DEI. Dilectis Filijs Magistro & Fratribus Hospitalis S. MARIÆ Theutonicorum Iherosolymit. salutem & Apostolicam Benedictionem. Devotionis vestræ precibus inclinati, presentium vobis autoritate concedimus, ut possessiones & alia Bona mobilia & immobilia, quæ liberas personas Fratrum vestrorum, mundi relicta vanitate, ad vestrum ordinem convolantium & professionem facientium in eodem Jure successionis vel alio justo Titulo si remansissent in sæculo contigissent, & ipsi potuissent, libere alijs erogare, rebus Feudalibus dumtaxat exceptis, possitis petere, recipere ac etiam retinere: nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam concessionis nostræ infringere, vel ei ausu temerario contraire &c.

Datum ANAGNIÆ V. Idus Novemb. Pontificatus nostri Anno IV.

IX.

IX.

Ejusdem Alexandri IV. Pontif. præceptum quo vetat ne milites Teutonici per Legatos aut Nuntios Apoſtolicos immodicis oneribus graventur.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum DEI. Dilectis Filiis Magiſtro & præceptoribus ac fratribus univerſis Hoſpitalis S. MARIÆ Teutonicorum præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Anno 1258.

Affectu benevolentiæ ſpecialis illa de cauſa nos proſequi delectamur qui vigilanter ac ferventer ad hoc intenditis quod in conſpectu Dei & hominum per honeſtæ converſationis ac piæ vitæ ſtudium placeatis : Sanè vos in exhibendis procurationibus Legatis & Nuntiis Apoſtolicæ Sedis, prout accepimus, ex eo gravamini quod ipſi non contenti procurationibus quas eisdem parati eſtis in victualibus ac aliis neceſſariis exhibere, vobis & Eccleſiis ac Domibus veſtris occaſione procurationum hujusmodi, frequenter non modicam pecuniæ ſummam exigunt & extorquent : Cum autem propter hoc Veſtrum pium quandoque impediatur Propoſitum, & terræ ſanctæ negotio derogetur : Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ut prædictis Legatis & Nuntiis exceptis tamen fratribus noſtris S. R. Eccl. Cardinalibus, ad ſolvendas procurationes pecuniarias hujusmodi, cogi aliquatinus non poſſitis, vobis auctoritate præſentium indulgemus, dummodo prædictos Legatos & Nuntios in victualibus & aliis neceſſariis procuretis ; ſententias verò ſi quæ in vos vel aliquem de Ordine veſtro contra indultum hujusmodi de cætero fuerint promulgatæ, irritas ex nunc eſſe decrevimus, & inanes : Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire &c.

Datum VITERBII III. Idus Junii. Pontificatus noſtri, Anno IV.

X.

Bonifacii IX. Pontif. Max. præceptum, quo declarat milites Ordinis Teutonici quoties in Capellanos S. Sedis Apoſtolicæ aſſumuntur non exinde ab obedientia ſuperioribus ſuis debita cenſeri exemptos.

BONIFACIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI ad futuram Rei memoriam : Affectione & devotione præcipuis, quas ad dilectos Filios Magiſtrum & Fratres Hoſpitalis B. MARIÆ Teutonicorum Hieroſolymitan. gerimus, merito inducimur, ut ea per quæ fratres ipſi à Regularibus Obſervantiis retrahi poſſint ſubmovere ſollicite ſtudeamus : Nuper ſiquidem dilectum Filium JOHANNEM de COLONIA, Fratrem dicti Hoſpitalis in noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Capellanum gratioſe recepimus, ac Noſtrorum & aliorum ſedis ejusdem capellanorum conſortio favorabiliter aggregavimus prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur ; cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Magiſtri & fratrum præfatorum petitio continebat, dictus Joannes Litteras hujusmodi ac etiam nonnullos proceſſus per eas lem ad hoc fieri procuraſſe credatur, ut ab obedientia Magiſtri & Hoſpitalis prædictorum eximeretur, & ſi per alios fratres dicti Hoſpitalis ſimilia attemptarentur, in magnam turbationem Obſervantiæ Regularis Hoſpitalis cederet antedicti, pro parte ipſorum magiſtri & fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper hoc de Benignitate Apoſtolica dignaremur : Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati, eisdem magiſtro & fratribus auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, quod tam ipſe Johannes, quam etiam quicunque alii fratres præfati Hoſpitalis, qui forſan in capellanos dictæ ſedis hactenus ſunt recepti, vel inpoſterum recipientur, Anno 1396.

 perinde

Digitized by Google

perinde suis ordinariis judicibus ac superioribus subsint, ac parere & intendere teneantur, ac si Capellani dictæ sedis minimè forent, & super hoc litteras Apostolicas cum processibus hujusmodi, vel sine illis minime impetrassent, hujusmodi impetratis ac impetrandis litteris & processibus, nec non constitutionibus Apostolicis ac statutis & consuetudinibus dicti Hospitalis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere &c.

Datum ROMÆ apud S. Petrum VII. Idus Aprilis. Pontif. nostri Anno VIII.

XI.

Ejusdem Bonifacij IX. Pontif. Diploma quo plurima Ordinis Teutonici privilegia innovat ac confirmat.

Anno 1399. BONIFACIUS Episcopus servus servorum DEI. Dilectis Filiis Magistro & fratribus Hospitalis sanctæ MARIÆ Teutonicorum Hierosolimit. ac Universis commendatoribus, præceptoribus, & fratribus Dominorum ejusdem Hospitalis ubilibet consistentium, salutem & Apostolicam Benedictionem.

His quæ fidelibus, præsertim sub Religionis habitu Domino militantibus ex gratiosa Apostolicæ Sedis benignitate provide facta sunt, ut illibata consistant, libenter adjicimus roboris firmitatem: dudum siquidem, ut vobis & cuilibet vestrum in presbiteratus Ordine constituto liceret totiens quotiens expediret Capellas seu altaria in Ecclesiis ad vos pertinentibus sita, & alia pia loca de locis suis removere, & removeri facere, & ad alia loca ad hoc congrua & apta reponere & reponi facere, ac etiam ipsis vestris Ecclesiis Capellas & altaria de novo erigere, dotare & fundare, ordinarii loci, & cujuscumque alterius licentia super hoc minimè requisita, quodque si ordinarius loci adhæc alius indebite requisitus, capellas & altaria hujusmodi sic ad alia loca reposita seu de novo erecta consecrare seu consecrari facere differret & recusaret, liceret similiter vobis & cuilibet vestrum, etiam absque specialibus mandato & licentia ordinarii ipsius & cujuscumque alterius, ipsas capellas & altaria ad hujusmodi alia loca, ut præfertur, reposita, seu de novo erecta per alium Catholicum antistitem, gratiam & communionem dictæ sedis habentem facere consecrari, vobis & cuilibet vestrum duximus indulgendum; & deinde pro parte vestra nobis exposito quod quilibet vestrum postquam Regularem Professionem dicti Hospitalis emiserant, ex laudabili consuetudine septies in Anno videlicet in Nativitate Domini nostri JESU Christi, & Purificationis B. MARIÆ Virginis, nec non in die Jovis sancta ac in Resurrectionis Domini nostri JESU Christi, ac in Pentecostes, nec non assumptionis dictæ B. MARIÆ Festivitatibus, ac celebritate Omnium Sanctorum, Eucharistiæ Sacramentum sumere consueveratis, Nos vobis & Familiaribus vestris vere pœnitentibus & confessis qui hujusmodi septem vicibus Sacramentum prædictum devote sumerent, ut præfertur, illam indulgentiam & Remissionem Peccatorum suorum concesseramus, quam devote visitantibus Ecclesiam Warmeensem in octava dictæ Festivitatis assumptionis dictæ B. Mariæ, Apostolica erat autoritate concessa.

Quod etiam plerumque contingebat nonnullas personas Laycales causa devotionis Fraternitatem vestram assumere, ac se & bona sua, usu tamen bonorum ipsorum sibi ad eorum vitam dumtaxat reservato, ad diversas Domus Hospitalis S. MARIÆ Teutonicorum in perpetuum offerre & donate, & sic in sæculo remanentes, Domino famulari; Nos omnibus ex eisdem personis similiter pœnitentibus & confessis qui sic fraternitatem prædictam assumpserunt, & bona sua ad Domos dicti Hospitalis contulerant & donaverant & in antea assumerent, offerrent, donarent, & qui juxta præfatam consuetudinem hujusmodi septem vicibus prædictum Sacramentum devote sumerent annuatim, similes Indulgentiam & Remissionem peccatorum suorum concessimus

ſimus, quæ vobis per nos, ut præmittitur erant conceſſæ, ipſisque perſonis, aliis etiam indulgentiis, privilegiis, immunitatibus, libertatibus & exemptionibus uti & gaudere poſſent, quibus vos potiebamini, ſeu quomodolibet gaudebatis, duximus indulgendum.

Deinde ad dilectorum Filiorum Commendatoris & Fratrum Domus Hoſpitalis B. Mariæ Teutonicorum Hieroſolymit. in ſuburbio Argentinenſi inſtantiam, ut in Eccleſia B. Mariæ Virginis dictæ Domus, Euchariſtiæ Domini noſtri JESU CHRISTI venerabile Sacramentum in Chriſtallo vel vaſe perſpicuo & perlucido, ita quod quilibet volens hujusmodi Sacramentum videre poſſet in Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis præfati Domini noſtri JEſu Chriſti, Pentecoſtes, nec non Nativitatis, Aſſumptionis, Purificationis, & Annuntiationis B. Mariæ Virginis in B. Eliſabethæ Viduæ & in ipſius Eccleſiæ Dedicationis Feſtivitatibus, à primis Veſperis cujuslibet Feſtivitatum, usque poſt ſecundas Veſperas donec Completorium finiretur, in patenti tenere & in quolibet earundem Feſtivitatum tempore miſſarum ad hoc congruo eum Proceſſione per ambitum dictæ Eccleſiæ ſolemniter & Devote portari licite valeret, duximus ſimiliter indulgendum.

Deinde ut quilibet ex vobis in Sacerdotio conſtitutus in Capellis & Eccleſiis etiam non Parochialibus ad vos & veſtras Domus pertinentibus, verbum Dei quotiens hoc veſtrum alicui placeret, publice ad populum prædicare, ſeu per alios Sacerdotes facere prædicari, alicujus licentia ſuper hoc minime requiſita, libere & licite poſſetis, vobis prædicta Authoritate duximus Indulgendum. Et inſuper motu proprio, non ad veſtram, vel alicujus alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, eadem Auctoritate irrefragabiliter ſtatuimus & etiam ordinamus, quod de cœtero nulli cujuscunque ſtatus, Gradus, aut conditionis eſſet, liceret ſub Excommunicationis pœna, quam poſt inſinuationem præſentium ei factam, ſi non deſiſteret, incurreret ipſo facto, Eccleſias etiam parochiales, Capellas Altaria, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura vel ſine Cura vobis aut Hoſpitali ſeu alicui vel aliquibus ex domibus ejuſdem Hoſpitalis, ubicumque conſiſtenti ſeu conſiſtentibus dicta Apoſtolica Authoritate incorporata, à ſede prædicta vel alias aliunde impetrare, vel ea quovis quæſito colore petere, ſeu ſuper ipſis vos impedire, ſeu quolibet modo moleſtare, prout in diverſis noſtris inde confectis Litteris, quarum tenores alias, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel auſu temerario contraire &c.

Datum ROMÆ apud S Petrum Id. Aprilis Pontificatus noſtri Anno XI.

XII.

Ottonis IV. Imperat. Diploma protectorium ordini Equeſtri Teutonico conceſſum.

OTTO Quartus DEI Gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Imperialis manſuetudo quæ licet ubique circa Divini Cultus incrementa ſollicita eſſe debeat & attenta, curam tamen propenſiorem ſanctæ Orientalis Terræ, eam gerere nequaquam erit incongruum, & DEI illic Athletis manum. Largitatis extendere cenſetur Glorioſum: Ea propter cognoſcat Fidelium Imperij tam præſens ætas quam ſucceſſura poſteritas, quod nos ad Honorem DEI & Genitricis ejus ſemper Virginis MARIÆ, nec non pro noſtra ſalute & Remedio animarum Parentum noſtrorum ſub omnimodam noſtræ Majeſtatis Tutelam recipimus omnia & ſingula Prædia, Poſſeſſiones & Bona Hoſpitalis Teutonicorum ubique in Imperio Romano conſtituta ex innata nobis pietate eidem Domui & Fratribus qui Deo illic famulantur, concedentes & indulgentes ut quicumque Liber Homo, aut miniſterialis vel cujus- Anno 1213.

 cumque

cumque conditionis fuerit, aliquid de his bonis quæ ab Imperio tenet, Divinæ Remunerationis intuitu eis tradere, aut etiam vendere voluerit, plenam de hoc & liberam habeat Facultatem, ipsam Donationem ratam habentes & Imperiali confirmantes Auctoritate.

Statuimus igitur & sub interminatione Gratiæ nostræ firmiter præcipimus, ut nullis unquam Hominum Licitum sit memoratam Domum Hospitalis in omnibus prædiis suis tam eis collatis quam conferendis molestare seu quicquam Damni aut injuriæ irrogare; quod qui facere temptaverit in vindictam tantæ Temeritatis, auri purissimi Libras Centum componat, quarum medietas Cameræ nostræ persolvatur & pars reliqua passis Injuriam: ad cujus rei perpetuam certitudinem hanc paginam conscribi jussimus & sigillo nostro communiri.

Testes sunt hi THEODERICUS Coloniensis Archiepiscopus. MANECOLDUS Pataviensis Episcopus. ENGELHARDUS Cizensis Episcopus. HERTINVICUS Eystetensis Episcopus. THEODERICUS Marchio Misnensis. LUDOVICUS dux Bavariæ. BERNHARDUS Dux Carinthiæ. HEINRICUS Dux Saxoniæ. HEINRICUS Marchio Moraviæ. RAPOTO Palatinus Comes. HEINRICUS in Ortemburg. GUNTHERUS Comes de Kevernberg & alij quam plures.

Datum apud NÜRENBERG Anno Dominicæ Incarnationis MCCXIII. VI. Idus Maij Indict. XV.

XIII.

Friderici II. Regis præceptum quo magistrum Ordinis Teutonici in Familiam Curiæ Imperialis adsciscit & adscribit.

Anno 1214. FRIDERICUS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Siciliæ. Consuevit Regalis Benignitas Domos Religionum oculo Clementi respicere, & earum commoditatibus propensius manu largitatis providere: inde est quod nos attendentes Honestatem Religionis quæ viget in Domo Hospitali S. MARIÆ, quæ est Teutonicorum in Jerusalem: considerantes quoque Honestatem personarum illic sub Domino militantium, ut Fratres prædictæ Domus in ævum specialem in curia Imperij Locum Familiaritatis obtineant, & ut meliorem oportunitatem apud Dominos Imperij promovendi negotium & utilitatem Domus ipsius habeant, de Largitate Clementiæ Regalis concessimus prædictæ Domui in perpetuum pro Legitimo Feudo Gratia Imperij tenendum, & sine omnimoda permutatione personarum in ævum habendum, ut quicumque pro tempore fuerit Magister & præcipuus Procurator Bonorum quæ supradictum Hospitale in partibus Alemanniæ vel nunc habet, vel in posterum habebit, ut Magister ille, quotiescumque ad Curiam Imperij accesserit, in Familia Curiæ imperialis sit ascriptus, & ipsi Magistro cum socio uno, Fratre Domus suæ, & cum sex Equitaturis, tanquam aliis Familiæ in omnibus necessarijs abundanter provideatur. Item concedimus in ævum memoratæ Domui, ut ad procurandam & erogandam Elemosynam Imperialem continue duos fratres habeat Curia Imperij ejusdem domus, qui vicissim venientes & recedentes alter eorum in Curia semper remaneat & pro utroque illorum Fratrum tres Equitaturas cum omnibus alijs necessarijs volumus haberi, & ipsis de Curia abundanter provideri: statuentes ut hæc nostræ Concessionis Pagina inviolabiliter memorato Hospitali, & ejus Fratribus in perpetuum observetur.

Testes hujus rei sunt CONRADUS Spirensis, & Metensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, SIFRIDUS Augustensis Episcopus, JOANNES Cameracensis Episcopus, HENRICUS Argentinensis Episcopus, OTTO Dux Meraniæ, THEOBALDUS Dux Lotharingiæ, HERMANNUS Marchio de Baden, Comes SIGEBERTUS de Werda, Comes

mes HARTMANNUS de Wirtemberg, HENRICUS de Nifen, ANSELMUS de Juſtingen Mariſchalckus Imperij. Wernerus de Bonlanden Dapifer Imperij. Ulricus de Minzemberg Camerarius Imperij & alij quam plures.

Datum apud Hagenovvia Anno Domini M.CCXIIII. X. kal. Februarij indict. IV.

XIV.

Ejusdem Friderici II. Imper. Diploma alterum quo concedit ut Poſſeſſiones Ordinis Teutonici de bonis Feudalibus Imperij ampliari poſſint.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS ſecundus Divina Favente Clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Anno 1214.

Excellentia Regalis expoſcit, ut ſicut cæteris poteſtatis culmine præeminemus, ita Pietatis ſtudio cæteris præeuntes omnibus præbeamus virtutis Exemplum, maxime liberalitatis officium exercendo circa Religionis augmentum & cultum divini nominis ampliandum: Quapropter ad univerſorum Imperij Fidelium, tam futurorum quam præſentium notitiam volumus pervenire, quod nos profectui & augmento Hoſpitalis ſanctæ MARIÆ Teutonicorum in Jeruſalem eo amplius intendentes quo per ipſum ſub cultu Religionis & Habitu, fortius ad liberationem intenditur terræ ſanctæ in qua Salvator noſter corporaliter Myſteria noſtræ Redemptionis exhibuit, præter humanitatis officia quæ multipliciter impendunt & pauperibus & infirmis in ſubſidium & augmentum domus ejuſdem concedimus, ut quicumque aliquid de bonis imperij poſſider nomine Feudi, licenter ac libere quantum voluerit ex ijsdem, tamquam proprium, memorato conferre valeat Hoſpitali, noſque id pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum Ratum habemus & firmum, atque irrevocabile volumus permanere. Statuimus igitur, & ſub obtentu gratiæ noſtræ diſtricte præcipimus, ne quis ipſam Domum ſub hac noſtra Conceſſione moleſtare, vel modo quolibet perturbare præſumat, quod qui fecerit, in ſuæ Temeritatis Vindictam centum libras auri componat, dimidium Cameræ noſtræ & dimidium prælibatæ Domui paſſæ injuriam & offenſam. Ad cujus rei certam evidentiam hoc Privilegium conſcribi, ac Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus muniri.

Hujus rei reſtes ſunt Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus, Apoſtolicæ Sedis Legatus. Theodericus Trevirenſis Archiepiſcopus. Hoardus Leodienſis, Otto Herbipolenſis, Sifridus Auguſtenſis, Epiſcopi. Ulricus S. Galli, Conradus Laurishemenſis Abbates. Lupoldus Auſtriæ & Stiriæ, Henricus Brabantiæ & Lotharingiæ, Bernhardus Carinthiæ, Otto Meraniæ, Duces. Hermannus Marchio de Baden, Fridericus Frater ejus, Ludovicus Comes de Loz, Rudolphus Comes de Habechesburc, Hugo Comes Palatinus de Tuingen, Wilhelmus Frater ejus Comes de Grezen, Heinricus Comes de Naſſawe, Fridericus Comes de Clebere, Gerhardus Comes de Riennekke, Ludevicus Comes de Cigenhagen, Henricus Comes de Hoſſtaden, Albertus Comes de Everſtein, Sibertus Comes de Werde. Henricus Comes de Gemino Ponte, Fridericus Comes de Liningen, Ulricus Comes de Eppau, Hartmannus Comes de Dillingen, Ditherus Comes de Katzenelnbogen, Heinricus Comes de Dietſe, Conradus Comes Silveſter, Rupertus Comes Hirſutus, Godefridus Comes de Spanheim, Heinricus Comes de Sarvverden, Heinricus Comes de Vianden, Heinricus Comes de Salme, Godefridus de Eppenſtein, Heinricus de Yſenburg, Gerlacus de Butingen, Harteradus de Merembere, Wernherus de Bonlandia Imperialis Aulæ Dapifer, Hildebrandus de Rechperc Marſcallcus, Waltherus de Schiplize Pincerna, Ulricus de Mincinberc Camerarius & alij quam plures.

Signum Domini FRIDERICI ſecundi Romanorum Regis Invictiſſimi, & Glorioſi Regis Siciliæ.

D Ego

Ego CONRADUS Metensis Episcopus imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini SIFRIDI Moguntinensis Archiepiscopi Totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi.

Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dominicæ MCCXIIII. Indict. II. Anno Regni ejus secundo in Imperio, in Sicilia XVI.

Datum in Castris prope JULIACUM Non. Septemb.

XV.

Ejusdem Friderici II. Imper. Diploma tertium, quo Ordinem Teutonicum in specialem suam protectionem suscipit, eundemque ab omnimoda exactione liberum declarat.

Anno 1221. IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis FRIDERICUS secundus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus & Rex Siciliæ: Inter alia Pietatis opera quibus Imperialis dignitas uberius exornatur, Liberalitas obtinet Principatum, illa præcipue quæ ad utilitatem & commodum locorum Venerabilium exercetur: Nam si à terreno Principe particula datur illius interventu qui affluenter tribuit universa, quod dat, ad eum cum Fœnore multo revertitur, maxime cum per hoc videtur quod pro Terrenis æterna provida meditatione mercatur: Ea propter notum facimus universis Imperij Fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod nos meditatione piissima attendentes qualiter sacra Domus Hospitalis sanctæ MARIÆ Teutonicorum in Jerusalem, à prædecessoribus nostris pietatis intuitu propagata, in multiplices Fructus prodiit laude dignos, & à Domino quondam Imperatore HENRICO inclytæ Recordationis Patre nostro Rebus ac libertatibus præmunita, & incrementum suscepit spiritualiter & temporaliter Domino famulando, & erga nostram Magnificentiam Fratrum dedicatorum ibidem ad divina servitia cum Fide devotio semper crevit, nec non celebrem vitam & honestæ Religionis cultum quibus dilectus nobis in Domino Frater HERMANNUS Magister Domus Hospitalis ejusdem, & Fratres sui clarere noscuntur, Labores etiam & Sudores assiduos quos pro Fide Christianorum & gloria sustinent incessanter, æternæ retributionis intuitu, & pro remedio animarum Progenitorum nostrorum memoriæ Recolendæ, & pro nostræ salutis ac Gloriæ incremento, ipsorum favori & profectui intendentes, eandem sacram Domum & ab ipsa quaslibet derivatas, Fratres & Confratres ipsarum cum omnibus Bonis stabilibus & mobilibus quæ per totum Imperium nostrum rationabiliter possident in præsenti, & quæ inantea, dante Domino, justo Titulo poterant adipisci, nec non subditos earum ejusdem Legationem atque negotia exercentes sub speciali protectione ac defensione nostra recipimus, & eidem Domui perpetuo confirmamus, omnia Privilegia & scripta qualibet tam à parentibus nostris quam à nobis sibi pia Liberalitate concessa, nec non etiam Castra, Casalia Homines & possessiones, quæ donatione Regum, concessione principum & ablatione Fidelium, sive quolibet alio justo Titulo est adepta vel in futurum poterit adipisci, eximentes ipsas ab omni data collecta, seu Exactione, ab omni angaria & ab omni onere cujuslibet servitutis: concedimus etiam eidem sacræ domui de munificentia liberali, libertatem aquarum, Herliarum, & lignorum ubique per proprias Imperij nostri Terras ad suarum domorum usum & utilitatem & ut de ipsis per totum imperium nihil ratione Portatici, Plateatici, Falangatici, Ripatici, Theolonei, vel alicujus alterius Exactionis & Juris Consuetudinis, seu statuti in Terra vel in Mari, sive Fluminibus solvere teneantur, seu etiam aliis aquis, firmiter statuentes ne quis Fratres prædictos de tenimentis & Possessionibus Hospitalis ejusdem sine judicio & justitia præsumat aliquatenus dissafire: de abundantiori quoque gratia nostra eidem Domui & Fratribus suis concedimus & perpetuo confirmamus, ut quicumque aliquid de bonis Imperij nomine Feudi tenet & possidet, licenter & libere tamquam proprium conferre valeat eidem Domui Hospitalis. Ad cujus rei certam Evidentiam & perpetuam firmitatem præsens Privilegium fieri, & Bulla aurea Typario nostræ Majestatis impressa, jussimus communiri.

Hujus

Hujus rei testes sunt. ULRICUS Pataviensis Episcopus, ALBERTUS Tridentinus Electus, LUDEVICUS Dux Bavariæ, Comes Palatinus Reni, HERMANNUS Marchio de Baden. DIOPOLDUS Marchio de Hohenbere. RAINALDUS Dux Spoleti. Fridericus Comes de Brenen, Comes Everhardus de Elphenstein, Bertoldus Comes de Sancto Monte, Comes Ernestus de Velsecke, Comes Conradus de Werdeck, Anselmus de Justingen Imperialis aulæ Marescalcus; Bertoldus de Alevelt, Conradus de Wolne, Bertuldus de Wangen, Sibertus de Ulmme. Hertwicus Magister Coquinæ & alii plures.

Signum Domini FRIDERICI secundi Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti & Regis Siciliæ.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXI. mense Aprilis Indict. IX. Imperante Domino nostro FRIDERICO secundo Invictissimo Romanorum Imperatore & Rege Siciliæ, Anno Romani Imperii ejus primo, Regni vero Siciliæ XXIII. feliciter, Amen.

Datum TARENTI Anno, mense, & indictione præscriptis.

XVI.

Ejusdem Friderici II. Imp. Diploma quartum, quo milites ordinis Teutonici ob debita ante ingressum ordinis contracta, minime deinceps inquietari vetat.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ. Anno 1222. Locorum Religiosorum incommodis obviari, ex commissa sibi plenitudine potestatis Imperialis circumspectionis solicitudo requirit, & sic ipsis providere in omnibus ad cautelam, ut nihil apud ea remaneat indiscussum unde locis ipsis dispendium valeat suboriri: Ea propter Venerabili Domui S. MARIÆ Teutonicorum quæ Divorum Augustorum Avi & Patres nostri, ac nostra structura est specialis, in cunctis quæ sibi & fratribus ibidem constitutis possent obesse, volentes Augustali providentia præcavere, de consilio dilectorum Principum & aliorum nostrorum fidelium subscriptorum, præsentis paginæ tenore sancimus, ut nulli postquam ipsius domus Religionem assumpserint, & habitum gestaverint super aliquibus debitis, quæ ante susceptum habitum contraxerant, requitantur, aut ea solvere compellantur sed illi pro ipsis debitis teneantur ad quorum Dominium hæreditatis & bonorum suorum noscitur successio devoluta, etiamsi ipsi fratres, cum ordinem assumpserint, partem bonorum suorum domui contulerint memoratæ: ad hujus autem rei evidentiam & robur in perpetuum valiturum præsens scriptum inde fieri & sigillo Majestatis nostræ jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt ALBERTUS Tridentinus & B. Brixinensis Episcopi. Comes Henricus de Diez Comes S. de Viande. Comes Heinricus de Everstein Bernardus de Hurstemare. Arnoldus de Gemeneck, Conradus de Dortmunde. Hadamatus de Kauringe, Cuno de Tuften. Conradus de Werda & alij quam plures.

Datum apud ATERNAM Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXII. mense Decemb. Indict. XI.

XVII.

Ejusdem Friderici II. Imp. Diploma quintum, quo ordini Teutonico acquisitionem bonorum Feudalium Imperii iterato confirmat.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS Divina favente Clementia Anno 1223. Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ. Excellentia Imperialis exposcit, ut sicut cæteris potestatis culmine præeminemus, ita pietatis studio cæteris præeamus: Ea propter ad universorum Imperii nostri Fidelium tam præsen-

tium quam futurorum notitiam volumus pervenire, quod nos olim in Alemannia existentes ante susceptum Imperii Diadema, in præsentia dilectorum Principum, Comitum, Baronum & aliorum nostrum Fidelium & de Consilio eorundem, in profectum & augmentum Hospitalis S. MARIÆ Teutonicorum in Hierusalem concessimus ut quicumque aliquid de bonis Imperii possideret nomine Feudi, licenter ac libere quantum vellet ex eis Hospitali prædicto tamquam proprium conferre valeret: nunc autem dilectus nobis in Domino frater HERMANNUS Magister Hospitalis ejusdem in nostra præsentia constitutus, Majestati nostræ attentius supplicavit, ut quod tunc, sicut supradictum est, memorato fecimus Hospitali, nunc in nostri sublimitate Imperii concedere & confirmare eidem de nostra gratia dignaremur: statuimus igitur, & sub obtentu Gratiæ nostræ districte præcipimus, ne quis ipsum Hospitale super hac nostra concessione & confirmatione molestare, vel modo quolibet perturbare præsumat, quod qui fecerit, in suæ temeritatis vindictam centum libras auri componat, dimidium cameræ nostræ & dimidium prælibato Hospitali passo injuriam & offensam; ad cujus rei certam evidentiam hoc privilegium scribi & Bulla aurea Typario Majestatis nostræ impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt. BERARDUS Panormitanus, & NICOLAUS Tarentinus Archi-Episcopi. ALBERTUS Tridentinus, BERTOLDUS Brixiensis, ENGELHARDUS Cicensis CONRADUS Hildesheimensis, Episcopi.

Otto Præpositus de Aquisgrana, Henricus Imperialis Aulæ Protonotarius, Diopuldus Marchio de Voburch, Raynaldus Dux Spoleti. Heinricus Comes de Waldeberc. Heinricus Comes de Everstein, Everhardus Pincerna de Winterstetten, Wilhelmus Advocatus de Aquisgrano. Conradus & Ulricus fratres de Werda Camerarii & alii quam plures.

Signum Domini FRIDERICI secundi Dei gratia Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti & Regis Siciliæ.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXX III. Mense Januario Indict. XI. Imperante Domino nostro FRIDERICO II. Imperat. semper Augusto Imperii ejus Anno III. Regni vero Siciliæ XXIIII. Amen.

Datum CAPUÆ, Anno, mense, & Indictione præscriptis.

XVIII.

Ejusdem Friderici II. Imp. Diploma sextum, quo omnes proventus vacantium Ecclesiarum parochialium ad denominationem imperialem spectantium, Ordini Teutonico per annum integrum attribuit.

Anno 1223. IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis FRIDERICUS secundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ. In Excelso Gloriæ solio constituti, tunc potius in Domino gloriamur cum domos & loca Religiosa prospicimus, & multimodis beneficiorum elargitionibus statum eorum liberaliter ampliamus ad illarum præsertim Religiosarum domorum commoda totis affectibus aspirantes de quarum incrementis ordinata nobis Caritas suadet ut opera quæ Paternæ devotionis studio prodierunt, sollicitudine debita prosequamur, & Augusti Patris nostri plantatia propensius excolamus in vinea Domini, altiori radice virtutis & gratiæ propagata: hinc est quod pio considerantes affectu qualiter divæ recordationis HEINRICUS quondam Pater noster Augustus, domum Hospitalis S. MARIÆ Teutonicorum Hierosolymit. pia intentione fundaverit, & ipsam dotaverit, & ditaverit, opulentia liberali: attendentes quoque quod devote in eadem domo divini servitii cultus & Religio conserventur, pauperum & infirmorum procuretur necessitas, quin potius tota ejus substantia divino servitio deputetur, & milites Christi degentes

Digitized by Google

gentes in ea, contra paganorum Tyrannydem perſonas ſuas in victimas offerant obſequio Crucifixi, circa domus ejusdem continua incrementa noſtræ firmavimus propoſitum voluntatis non ſolum paterna ſuper hoc proſequi, ſed & vota noſtra propenſius exponere cupientes, ut cum Sacroſancta Romana Mater Eccleſia præter multa beneficia & Privilegia libertatum, quæ die conſecrationis & coronationis noſtræ, domui prædictæ contulit & conceſſit, ei ad preces noſtras dignanter addiderit ex Apoſtolicæ gratia dignitatis ut in Eccleſiis ad ſuſtentationem fratrum commorantium in ſervitio terræ ſanctæ conceſſis, eisdem aſſignato Vicariis earum unde honeſte vivant & in ſpiritualibus & ſynodalibus Epiſcopis earum vel ſuis officialibus poſſint reſpondere, proventus ceteros ſuis uſibus habeant deputatos, de motu propriæ liberalitatis inducti providimus, & nos ipſi quod inter liberalitates alias quibus erga domum ipſam noſtra Munificentia ſe diffudit, ſpecialem ſecum in imperio noſtro gratiam faceremus, indignum admodum reputantes ſi quod aliunde precibus & favore noſtro dicta domus obtinuit, eidem noſtra Beneficentia negaretur.

De noſtræ igitur affluentia pietatis, ad illum mentis noſtræ oculos dirigentes per quem Imperialis Regiminis collatam Nobis deſuper, non ingrati recognoſcimus dignitatem, pro remedio animarum Divorum Auguſtorum Progenitorum noſtrorum, & piæ commemorationis Auguſti Patris noſtri: pro ſalute quoque & voluntate noſtra & hæredum noſtrorum, ad ſuſtentationem ejusdem domus fratrum Militantium in ſervitio terræ ſanctæ, conſtituimus, concedimus, & præſentis Privilegii auctoritate ſancimus, ut de cætero perhenniter domus eadem Hoſpitalis S. MARIÆ in omnibus Eccleſiis tam imperii quam Patrimonii noſtri in quibus Jus Patronatus & repreſentationis habemus, & inpoſterum habebimus nec non de Jure Feudi ſeu alia ratione ad nos, & imperium noſtrum eſt repreſentatio ſeu donatio devoluta, & in omnibus aliis Eccleſiis quas nos & hæredes aut ſucceſſores noſtros habere contingeret quoquomodo, hanc poteſtatem, Jurisdictionem, & gratiam inviolabiliter habeat, optineat, & utatur quod quotiescunque aliquam vel aliquas Eccleſiarum ipſarum pro tempore vacare contigerit, portionem mobilium rerum quæ in earum vacatione applicari ac recipi ad opus noſtrum & imperii conſuevit, ad uſus & utilitatem ſuam recipiat & habeat deputatam; ex majori quoque gratia adjicientes concedimus quod à die vacationis alicujus, vel aliquarum Eccleſiarum, fratres dictæ domus omnes proventus & uſufructus vacantium vel vacantis Eccleſiæ, proviſo in neceſſario & honeſto ſumptu ſicut expediet Clericis & aliis ibidem Domino ſerviturls per totum continuum annum ſine contradictione qualibet percipiant, tamquam uſui eorum à Majeſtate noſtra uſque ad annum completum, ſicut prælegitur, deputatos, prohibentes firmiter & mandantes ut nulla perſona Eccleſiaſtica vel mundana alta vel humilis, ſcultetus, advocatus, miniſterialis vel officialis eandem domum contra præſentis conſtitutionis & conceſſionis noſtræ paginam inquietare vel moleſtare præſumat, quod qui præſumpſerit indignationem noſtram ſe noverit in curſurum.

Hujus autem rei teſtes ſunt ALBERTUS Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus, GERARDUS Brandenburgenſis, ENGELHARDUS Cicenſis, CONRADUS Hildesheimenſis, ALBERTUS Tridentinus, BERTHOLDUS Brixienſis, JACOBUS Taurinenſis, HEINRICUS Wormatienſis, Verdunenſis, Valentinenſis, Epiſcopi.

Hugo Abbas Morbacenſis, Henricus Conſtantienſis, Otto Aquenſis Præpoſiti. Petrus Almæ urbis Præfectus, Wilhelmus Marchio Montisferati, Diopuldus Marchio de Hohenburg, Raynaldus Dux Spoleti, Comes Henricus de Diez, Comes Sifridus de Viande, Comes Henricus de Woldeberc, Comes Heinricus de Everſtein, Bernardus de Hurſtemar, Henricus de Raffen, Eberhardus de Winterſtein, Wilhelmus de Aquisgrano, Conradus de Werda & alii quam plures.

Signum Domini FRIDERICI ſecundi Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti & Regis Siciliæ.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXIII. menſe Martio Indict. XI. Datum apud FERENTINUM Anno, menſe & die præſcriptis.

XIX.

Henrici Regis Rom. præceptum, quo statuit ut ordini Teutonico litteræ imperiales quæcumque gratis & absque mercede concedantur.

Anno 1227. HENRICUS Divina favente Clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Ad utriusque vitæ Felicitatem prodesse nobis non ambigimus, si Ecclesiarum Dei profectibus studioso zelo, pioque affectu intenderimus, & eorum libertates de Majestatis nostræ Munificentia curaverimus ampliare : Noverint igitur tam præsens ætas quam successura posteritas quod nos inmerito attendentes devota obsequia & obsequiosam devotionem dilectorum fidelium nostrorum venerabilium fratrum domus Teutonicorum S. MARIÆ in Hierusalem, quæ plurimes nobis & imperio exhibuerunt & exhibent incessantet, deliberato Consilio Principum, consultaque deliberatione eorundem, dictæ domui & fratribus ejusdem hanc fecimus gratiam, & dedimus libertatem, ut quæcumque Privilegia, confirmationes, seu litteras de Regali vel Imperiali poterunt indulgentia obtinere, sine omni salario, prætio, vel ulla prorsus exactione Cancellarii Protonotarii vel Notariorum pro tempore constitutorum ipsis ministrari debeant & donari : adhæc ad mutarionem Serenissimi Domini FRIDERICI Patris nostri, antiquam eorum justitiam & familiaritatem quam in Imperiali Curia, longa per tempora, fideli eorum famulatu interveniente obtinuerunt, auctoritate regia confirmamus. Statuentes & sub interminatione gratiæ nostræ firmiter præcipientes ut nulla unquam persona humilis vel alta, Ecclesiastica vel sæcularis præscriptas libertates tam à nobis, quam à Divis progenitoribus nostris, sæpedictis fratribus indultas infringere audeat : ad hujus itaque facti nostri robur perpetuo valiturum, præsentem eis litteram indulsimus nostri sigilli munimine insignatam.

Testes hi sunt SIFRIDUS Moguntinus, THEODORICUS Trevirensis, HEINRICUS Coloniensis, EBERHARDUS Salzburgensis Archi Episcopi. HERMANNUS Herbipolensis, HENRICUS Eystetensis, HEINRICUS Basiliensis, Leodiensis JACOBUS Akonensis, MILO Beluacensis, Episcopi.

Laici : LUDEWICUS Dux Bavariæ Palatinus, Comes Saxoniæ. HEINRICUS Dux Brabantiæ. FARRANDUS Comes Flandriæ. LUDEWICUS Dux Karinthiæ, THEODORICUS Comes Clivensis. HEINRICUS Comes Leynensis, CONRADUS Burggravius de Nüremberg. GERLACUS de Butingen. WERNERUS Dapifer de Bonlandia. ULRICUS de Minzenberg. EBERHARDUS Dapifer de Walpurg, CONRADUS & EBERHARDUS Pincernæ de Vinterstetin & alii quam plures.

Actum AQUISGRANI in Curia solemni Anno ab Incarnatione Domini MCCXXVII. IV. Kal. Aprilis.

XX.

Rudolfi Regis Diploma protectorium ordini Teutonico concessum.

Anno 1273. RUDOLFUS DEI Gratia Romanorum Rex semper Augustus omnibus Romani Imperii fidelibus ad quos præsens pagina pervenerit in memoriam sempiternam.

Multifariam modisque variis Christianus populus diversarum virtutum jubare radians, & sacrum ac Felix Romanorum Imperium cuncti mundi præferri principaribus, & quibuslibet Barbaricis præpollere Nationibus fecit in preterito, & disponente omnium Domino efficiet in futuro, nempe publicæ rei tuitio de stirpe gemina pullulans, vimque suam exinde muniens, celibi videlicet militia & terrestri, Regnum Juda Leviticæ tribui confederat & utroque gladio se juvante, sacerdotium Imperium,

& viciſſim regalis authoritas dignitatem ſacerdotii ſolidat, & confirmat, ſicque utriusque eminentia extollitur, & perverſorum malitia extra mundi terminos profligatur. Ea propter non tantum in noſtris armis armatis militibus ſeu bellorum ducibus quantum in religioſorum aſſidue Deo militantium devotis interceſſionibus aliis piis operibus noſtræ ſpei anchora figitur, coruſcantis noſtræ gloriæ ſolium ſublimius & ſolidius in ſpeculam elevatur: Religioſam itaque vitam ducentibus ſerenitatem noſtram convenit proſpicere, ipſorum commodis intendere, & incommoda inſtantia propellere, futuraque pericula prævenire inter cæteros autem illi præcipue noſtram gratiam beneficia & benevolentiam promerentur, quibus hoſpitalitatis pyſſimæ, & defenſionis reipublicæ, nec non alia pietatis opera ſuffragantur, qui abjectis rebus ſuis, propriis voluntatibus abdicatis, ſpretoque ſuorum corporum cruciatu aſcendentes ex adverſo pro Romano Imperio & pro domo Rahel ſe murum non formidant exponere, & in proprio ſanguine pro fide Catholica & paternis legibus animarum ſuarum pallia rubricare, veluti venerabiles ac in Chriſto kariſſimi Magiſtri & fratres hoſpitalis S. MARIÆ domus Teutonicorum Hieruſalem quorum ſancta Religio ab imperialibus beneficiis, circa promerendam ſpecialem gratiam, & impetratam multarum libertatum ac Privilegiorum indulgentiam Apoſtolicæ Sedis in Spiritualibus ſumpſit initium, ac imperialis aulæ hortus floridus, Imperatorum plantula & factura à nullo principum tantum quantum ab Imperatoribus in rebus temporalibus habuit incrementum quid igitur miri? ſi præter Romanorum Regem nullum alium habeat advocatum ſeu etiam defenſorem.

Divæ itaque Recordationis FRIDERICI Imperatoris ſecundi, HENRICIque Filij ejus Regis Alemanniæ, aliorumque Predeceſſorum eorundem veſtigiis inhærentes, dictam domum tam in Capite quam in membris, Fratres & Confratres ipſius Domus nec non ſubditos eorum negotia gerentes cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus, quæ per univerſum Romanum Imperium rationabiliter poſſident in præſenti, & juſto Titulo impoſterum poterunt adipiſci, ſive ſint Civitates Caſtra, Villæ, Caſalia, Homines & quælibet aliæ Poſſeſſiones ſub noſtra ſpeciali Protectione ſuſcipimus & omnia Privilegia, Libertates, & immunitates, & ſcripta quælibet à dictis Imperatore & Rege nec non aliis eorum prædeceſſoribus juſte & rationabiliter conceſſa & indulta approbantes & confirmantes, præſentibus innovamus, pendentis Sigilli noſtræ Majeſtatis Typario præſentem paginam roborantes.

Datum COLONIÆ Anno Domini MCCLXXIII. XVII. Kal. Decemb. Indict. II. Regni noſtri Anno I.

XXI.

Wenceslai Regis præceptum, quo omnia & ſingula Privilegia à prædeceſſore ſuo Carolo IV. Imp. ordini Teutonico confirmata iterato grata & rata habet.

WENCESLAUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis: Regiam condecet Majeſtatem ut illos præ cæteris favore proſequamur gratuito quorum Probata Fides, firmaque devotio ſervitiis operoſis in noſtris & Imperij ſacri beneplacitis profectibus & commodis procurandis alios antecellunt: Sane per Venerabilem SYFRIDUM de VENYNGEN Ordinis S. MARIÆ Hoſpitalis Hieruſolimit. Domus Teutonicæ Præceptorem per Alemanniam Generalem Conſiliarium devotum noſtrum Dilectum nobis oblata petitio continebat quatenus infraſcripta Privilegia ſereniſſimi Divæ memoriæ Domini Karoli quondam Romanorum Imperatoris Illuſtriſſimi, Boemiæ Regis, Genitoris noſtri, ac aliorum in Imperio ſacro prædeceſſorum noſtrorum Privilegia dicto ordini conceſſa approbare, confirmare, & innovare de Regiæ munificentiæ noſtræ dono gratioſius dignaremur, quorum Privilegiorum tenor ſequitur in hæc verba. Anno 1383.

In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Karolus Quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. In supremæ Imperialis dignitatis specula, licet insufficientibus meritis divinæ dispositionis munere constituti universos & singulos Fideles sacri Imperij & devotos pio & Benigno ex innata nobis Clementia Favore prosequimur & ad ea quæ ipsorum profectum respiciunt libenter opportuni Favoris suffragia impertimur, ad illorum etiam statum & commoda promovenda uberius & specialius convertimus aciem nostræ mentis quorum Fides & sinceræ devotionis integritas amplius est ex laudabilibus comprobata operibus in prosperis & adversis. Nuper siquidem majestati nostræ Venerabilis Wolframus de Nellenburg Præceptor Alamanniæ, & Rudolffus de Houmbourg Provincialis Boemiæ & Moraviæ Fratres Hospitalis S. Mariæ Jerosolymit. Domus Teutonicæ devoti nostri dilecti exhibuerunt quoddam Privilegium divæ memoriæ Friderici secundi Romanorum Imperatoris, prædecessoris nostri, nostro Culmini humiliter supplicantes quatenus idem Privilegium de verbo ad verbum approbare, ratificare, & confirmare auctoritate nostra imperiali benignitate solita dignaremur, cujus quidem Privilegii tenor dinoscitur esse talis. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus secundus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Siciliæ Rex. Inter alia pietatis opera quibus Imperialis dignitas uberius exornatur &c. *Vid. supra Num.* 15. Datum Tarenti Anno, mense, & die præscriptis. Nos attendentes eximiæ devotionis fervorem, nec non sinceræ fidei puritatem ac prægrandia & utilia obsequiorum merita quibus dictus ordo & fratres ipsius â primævo fundationis & institutionis suæ tempore erga prædecessores nostros Divos Romanorum Imperatores & Reges ac sacrum Imperium constantibus animis claruerunt & erga nos clarere continuato fidelitatis studio dinoscuntur intuentes quoque labores fratrum dicti ordinis quibus ad ampliandam fidem Katholicam & pro Christi Nominis gloria contra incredulos, personarum & rerum suarum periculis intrepide se exponunt, justus dictorum Præceptoris & Provincialis supplicationibus favorabiliter inclinati, prædictas Friderici secundi Imperatoris litteras prout de verbo ad verbum præsentibus sunt insertæ, approbamus auctoritate nostra imperiali, ratificamus, innovamus & de nostra scientia præsentis scripti patrocinio confirmamus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ, approbationis, Ratificationis, & confirmationis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire, si quis autem contrarium attemptare præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam mille marcarum puri auri, quarum medietatem fisco nostro imperiali, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari volumus, se noverit incurrisse.


Signum Serenissimi Principis & Domini Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi & Gloriosissimi Boemiæ Regis.

Testes hujus rei sunt Venerabilis Gerlacus S. Sedis Moguntinæ Archi-Episcopus S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarius. Magnifici, Rupertus Senior Comes Palatinus Reni Archidapifer & Dux Bavariæ. Rudolfus Dux Saxoniæ Archi-Marescalcus S. R. I. nec non illustres Bolko Falckenburgensis, Bolko Opulıensis, Johannes Oppaviæ, & Primislaus Teschinensis Duces, ac spectabiles Johannes Nuwinburgensis, Burchardus Magdeburgensis & alii quam plures.

Datum Nurenberg Anno Domini MCCCLV. Indict. VIII. XV. Kal. Januarii. Regnorum nostrorum Anno X. Imperii vero I.

Nos igitur dicti Præceptoris & Consiliarii nostri qui adhuc in minoribus constitutus dicto sanctæ memoriæ genitori nostro dum viveret servivit fideliter & nobis servire non desinit fidelius, suis & ordinis sui sumptibus & labore petitionem rationabilem atque justam gratiosius admittentes, prædicta Privilegia & alia â quibuscumque prædecessoribus nostris in imperio nec non ab aliis Ecclesiasticis aut secularibus personis per dictum ordinem obtenta, de certa nostra scientia sano Electorum & aliorum Imperii Principum & Nobilium accedente consensu, prout superius in suis punctis, articulis, clausulis & sententiis sunt expressa & qualibet in eisdem confirmamus & de novo concedimus volentes & decernentes omnia & singula contenta in ipsis pró commodo, usu, & utilitate dictorum

dictorum Præceptorum, Succeſſorum ſuorum, & ordinis obtinere & habere, per totum ſacrum Imperium, ubique locorum plenam perpetui roboris firmitatem, adjicimus inſuper ex certa ſcientia, de noſtræ munificentiæ gratia ſpeciali, ut in perpetuum dicti Præceptores, ejusque religionis fratres & Ordo, tanquam ad *nos, & Imperium ſacrum ſine medio pertinentes*, in Caſtris, poſſeſſionibus, oppidis, bonis, hominibus & ſubditis ſuis, quæ & quos in præſentiarum poſſident, & in futurum dante Domino juſto titulo poſſidebunt, a nullo penitus homine, ſive Archiepiſcopi, Epiſcopi, Principis, Ducis, Civitatis, Comitatus, aut alterius cujuscunque poteſtatis præfulgeat dignitate, unquam, ex nunc in antea, aut advocationis officio, ſive Jure vel ſubjectionis aut Impoſitionis, vectivarum, ſteurarum, angariarum, parangariarum, ſervitiorum vel ſolutionum, Vexationibus, tædiis vel moleſtiis gravari poſſint, aut debeant, ſed in his omnibus ſint omnino liberi & exempti. Etſi in præmiſſorum contrarium, aut præjudicium quæcunque literæ datæ forent hactenus, aut darentur, quod abſit impoſterum, ſeu prodirent in lucem, has regia poteſtate de certa noſtra ſcientia caſſamus & decernimus ac declaramus, dictis præceptori, ordini, & eorum Succeſſoribus, poſſeſſoribus, bonis, hominibus & ſubditis eorundem nullum importare ſeu generare debere vel poſſe damnum, gravamen, moleſtiam, ſeu jacturam, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, innovationis. confirmationis, vel exemptionis paginam infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire, ſub pœna centum marcharum auri puriſſimi, quam contrafaciens incurrat eo ipſo, toties, quoties contrafecerit, cujus quidem medietas ærario noſtro, reſiduum vero dictis præceptori, & ordini a contrafaciente realiter perſolvatur, præſentium ſub Regiæ noſtræ Majeſtatis Sigillo Teſtimonio literarum. Datum Nurenberg, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo tertio, Indictione ſexta, ſedecimo Kalend. Novembris, Regnorum noſtrorum Anno, Bohemiæ 21. Romanorum vero 8.



APPENDIX

SEV

SELECTA PRIVILEGIA

PONTIFICVM AC IMPERATORVM

ROMANORVM

ORDINI TEVTONICO

CONCESSA

COMMVNICAVIT

PRAENOBILIS DOMINVS

JOANNES FRIDERICVS SCHANNAT.

Digitized by Google

INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM AEQUE AC PERSONARUM NOTABILIUM.

NB. Sigilla familiarum, in hoc opusculo specialiter præsentata, cuicunque familiae, extra paginas legitime ordinatas, cum asterisco notata, adhærent.

A.

*Sigil-

B.

Digitized by Google

- - (Rein-

F.

Digitized by Google

Got-

Digitized by Google

H.

INDEX.

Horsen-

I.

K.

Ludovi-

Digitized by Google

P. Pagani,

P.

Q.

R.

Ru-

S.

T.

V. U.

W.

Y.

Z.

FINIS.

NB.

Si te forſan, B. L. quaedam offenderent ſphalmata, in hoc opuſculo ſparſim occurrentia, iſta benigne corrigas, nec culpam in Clariſſimum Auctorem reponas, qui propter nimiam loci diſtantiam ipſam operis correctionem ſuſcipere non potuit.



Digitized by Google

